



1 Burgus, 2 Petrus 3 Baptista



# DE DIGNITATE GENVENSIS REIPVBLICÆ Disceptatio.





Ex dono Ill.mi et Rev.mi D. Ascanij Rinaldi




1) Genuae, Joannes-M. Farronus, 1646



# SERENISSIMO
# DVCI
EXCELLENTISSIMIS
## GVBERNATORIBVS
ET ILLVSTRISSIMIS
## PROCVRATORIBVS
SERENISSIMÆ
## REIPVBLICÆ GENVENSIS
Petrus Baptiſta Bvrgvs F.





*ATVRALIS eſt, ac propemodum delata diuinitus, DVX SERENISSIME, EXCELLENTISSIMI, ILLVSTRISSIMIQVE PATRES, erga Patriam omnibus hominibus pietas, qua ab orbis ipſius incunabulis barbaræ gentes non minus, quam excultæ patrios lares obſeruarunt. Non minus olim Scythæ feræque nationes aliæ dilexere Patriam,*

*quam Græci Romanique dilexerint : tantaque est huius charitatis vis, tanta natura, vt Ithacam illam in asperrimis saxulis tanquam nidulum affixam, vir Græcorum sapientissimus Vlysses immortalitati anteponeret. Nostris temporibus Americanorum immanissimi, qui opacis nemoribus horridas terras, ac perpetuis obsessas niuibus incolunt, in amœnissimas regiones traducti, horrorem suorum nemorum, suarum rigorem niuium amœnitati felicissimæ prouinciæ, clementiæ mitissimi Cœli prætulerunt, non contenti, donec Penatibus restituerentur. Quid eximiam erga Patriam charitatem cultiorum gentium commemorem, cuius innumera habemus monimenta? Quod si magni ac grati animi est argumentum, eos beneuolentia complecti, à quibus acceperimus beneficia, hoc ostendemus maxime, si amauerimus in primis charamque habuerimus Patriam, cui spiritum, vitam, educationem debemus. Hinc sapiens Antiquitas impios eodem vocabulo eos appellabat, qui deliquissent in Patriam, atque illos, qui Deorum religionem violassent. His vero qui Patriam conseruassent adiuuissent, auxissent, certum esse credidit in Cœlo ac definitum locum vbi sempiterno æuo beati fruerentur: qua spe ducti veteres Græci ac Romani pro Patria præclara gloriosaque gesserunt. Nostri vero Maiores, mea quidem sententia, fuerunt maxime pij erga Remp. qui in libertate tuenda, in propagando Imperio, in dignitate conseruanda, opes, sanguinem, spiritumque adeo ipsum profundere nunquam recusarunt. Testis Pater Patriæ Andreas Auria, cuius vnicum votum fuit amplissimæ huius Reip. libertas ac splendor. Testes tot inuictissimi Heroes e Liguria hac nostra pro-*

**gnati**

*gnati, qui Reip. salutem dignitatemque sanguinis impendio protexerunt. Testes Vos ipsi, quos intuemur spirans exemplar pietatis in Patriam, quorum est singulare ac perpetuum studium, libertatem, Imperium, ac dignitatem Reip. tueri, propagare, conseruare. Sed in optime constituta Rep. nostra, quem ego meorum Ciuium impietatis insimulem? Impietatem ego non solum appello Patriam libertatemque prodere, sed ipsum otiari, omnesque neruos non contendere in Reip. Imperio, in dignitate, conseruandis ac promouendis. Quis iam Ciuium meorum in hoc totus non incumbit? Vigilat vestra prudentia, in hoc vniuersorum Ciuium est posita industria, vt amplificetur Resp. & dignitas Patria augeatur. Hinc est, vt officio meo deesse, & impietatis notam mihi viderer euitare non posse, si in vniuersorum erga Patriam studio ipse solus otiarer. Quare cum in præsentiarum nihil occurreret aliud, in quo prodesse Reip. possem, ad hoc me applicui, vt de eius dignitate dissererem, iuraque proferrem, quibus freti Patres, qui ante nonnullos annos summæ rerum præerant, apertius quam antea Patriæ dignitatem sunt professi. Hæc igitur in vnum collecta Vobis, SERENISSIME DVX, EXCELLENTISSIMI, ILLVSTRISSIMIQVE PATRES, consecrare constitui, quo Patriæ dignitatis columina nomina Vestra, in ipso libelli limine apposita, moneant, in opusculo toto nihil contineri aliud, quam quæ meam erga Patriam pietatem declarent. Neque vereor vt Vobis hoc munusculum gratum sit futurum, qui ita amatis Remp. vt Vobis charissimum sit eam ab aliis etiam diligi, & in hac pietate æmulos summopere desideratis. Hæc ergo meæ er-*

*ga*

*ga Patriam charitatis documenta, ipsius charitatis Vos viua specimina, pro clementia ac benignitate Vestra, grato animo excipite, ac diu iuuate Remp. Genuæ X. Kal. Februarij. CIↃIↃCXLVI.*

IN

# INDEX CAPITVM.

DITVS ad propositam disceptationem. pag. 1.
Quis olim Rex, quid Regnum diceretur. Cap. I. 11
Qui Reges, quid Regnū apud recentiores. Cap. II. 20
De dignitate Regia: De Maiestate, ac regijs insignijs. Regia dignitas à quibus, & quibus tribui possit. Cap. III. 30
In Genuensis Reipub. ditionem legitime olim fuisse Regna redacta, eique Reges factos vectigales. Cap. IV. 38
In Genuensi Rep., cui fuerunt Regna subiecta, & Reges vectigales, Regiam adhuc esse dignitatem. Cap. V. 45
Liguriam, quam Genuensis Respub. possidet, esse Regnum. Cap. VI. 49
Corsicę Insulam esse Regnum. Cap. VII. 54
In Genuensi Rep. Regiam esse dignitatem, quod illa Liguriam Corsicamque obtineat. Cap. VIII. 62
Quemadmodum suæ Reip. dignitatem Genuenses prætulerint. Cap. IX. 66
Titulos regios ab exteris Genuæ, ac Genuensi Reip. fuisse tributos. Cap. X. 72
Quanti Genuensis Resp. ab exteris fuerit habita; & plerosque Genuam Ciuitatem Regiam, eiusque Principatum Regnum nuncupâsse. Cap. XI. 86
Disceptationis conclusio. 93



# DE DIGNITATE GENVENSIS REIPVBLICÆ DISCEPTATIO.





## *Aditus ad propositam disceptationem.*



ENERALIS est Rerumpublicarum partitio, iuxta communem [1] Politicorum sententiam, vt populi omnes, qui legibus reguntur ac moribus, aut ab vnô, aut à paucis, aut à multis gubernentur. Hæc autem tria gubernationum genera contrahuntur ad duo, quorum alterum vnius imperium sit, alterum procuratio plurium; his etenim duobus, primò tradita tria illa genera continentur: siue namque pauci, siue multi Rempublicam administrent, penes plures administrationem esse manifestum est. Neque illa modo tria genera hac diuisione comprehenduntur, sed quod statuunt deinceps etiam quartum, quod mixtam gubernationẽ [2] vocant, atque optime constitutam Rempublicam, ex tribus illis generibus modice confusam. Si namque in hac permixtione ab vnius res pendeat arbitrio, iam vnius imperium est: plurium autem pro-

1. *Plato de regn. Arist. Polit. l. 3. c. 5. Cic. de Rep. l. 2. D. Thom. de regim. Princ. l. 1. c. 1. Decian. cons. 19. nu. 103. l. 3. Cassan. Catal. glor. mund. part. 12. cõs. 55.*

2. *Cicer. eod. l. 2.*

curatio, si plurium voluntate administretur! Omnes igitur Populi, qui secundum leges viuunt ac mores, aut ab vno reguntur, aut reguntur á pluribus. Ab hac veluti á prima gubernationum partitione, manat illa à Politicis tradita, & à nobis primo loco relata: vnius etenim Imperium, quod
1. Aristot. eod. c. 5. Regiã, Regalemue [1] potestatem appellant, Grçco autem vocabulo Monarchiam, minime diuidentes, plurium procurationem partiuntur, vt altera optimorum, adeoque paucorum sit, eamque optimam seu optimatum dicunt: Altera,
2. Cic. eod. l. 2. multitudinis ac populi, quã [2] omnium, seu [3] popularem vo-
3. Aristot. eod. c. 5. cant; suntque hę duæ species græco nomine notę, quo optimatum quidem administratio, Aristocratia, populi vero procuratio, Democratia nuncupatur. Christiani itaque populi, qui omnium maxime moribus legibusque reguntur, alij quidem vnius Imperio subsunt, alij plurium administratione in politicis gubernantur. Quęsituris igitur dignitatem, [4] honestã videlicet autoritatem, cultu & honore di-
4. Cic. de Inuẽt. l. 2. gnam, Genuensis Reipublicæ & quo gradu sit illa inter Principes collocanda, hęc posuisse sufficiat. Cum etenim de politica dignitate quæstio sit, ad Hierarchiam, sacrosque Sacerdotum honores non respicimus. Cumque item populis, qui Christum non colunt, dignitate longe præstent Christiani, par est, cum Genuensis Reipublicę inter præstantiores gradum statuerimus, de alijs non esse solicitos. Vnius itaque Imperium inter Christianos est in hos gradus ac dignitates distributum, vt supremum totius Reipublicæ
5. C. fundamẽta. §. vt ergo. de elect. in 6. Alciat. de singul. cert. c. 32. Duaren. in consuet. feud. c. 6. n. 8. caput, ob excellentiam ac præstantiam [5] Cęsar sit, seu Imperator, quem proxime sequuntur Reges, hinc Duces, & Principes, ac Marchiones, inde Comites & Domini, quos Barones, latino vocabulo, forsan à [6] græco βάρος, quasi graues homines dicunt. Inferiores dignitates alię ac magistratus, cu-
6. Alciat. eod. c. 32. iusmodi sunt armorum, vrbium, arciumque Pręfecti, & Gubernatores, Iudices, Consiliarij, cæterique, non Reipublicę administrationem habent, sed iurisdictionem quandam in ijs, quibus à suo Principe sunt præpositi. Plurium autem procuratio, licet sit secundum formam distincta, recte-

que

que internoscatur, quę sit optimatum, quæ multitudinis: Graduum tamen titulos non est nacta, sed æque Respub., Dominium, Commune, Cõmunitas appellatur. Et quamuis ex hoc genere nonnullę Respublicę in vna tantum Ciuitate consistant, quædam pertenue ac perexiguum habeant territorium, aliæ terra marique late imperent, nullum tamen certum dignitatis nomen, aut gradus illas disiungit. At non dicendum est ideo, in hoc etiam gubernationis genere, suos non esse gradus, si bene constitutam Christianam Rempublicam volumus, cuius alioquin status [1] perturbaretur, quamque, nisi congruus vnicuique locus assignaretur, inde orta confusio arroderet, euerteretque; Sed veluti vnius Imperium præ potentia, aut amplitudine, aut, si placet, alia de causa, in suos gradus est dispertitum: ita plurium procurationem decet esse distinctam. Et quoniam vnicus est inter Christianos Principes Imperator ac Cæsar, pluresque simul esse non solent, & sola Imperij Romano Germanici Resp. dum interregni tempore Cæsarem repręsentat, ad hunc politicarum dignitatum apicem potest aspirare, inter cęteras oportet reliqui statuantur gradus, nempe vt Resp. alię eo censeantur gradu quo Reges, aliæ quo Duces, alię quo Principes, aliæque deinceps, iuxta vires, & amplitudinem Imperij. Hæc autem distributio Christianæ Reip. non solum expedit, quo inter eius membra ordo seruetur, sed etiam secundum naturam est, vt sicuti vnius imperium, ita plurium procuratio suos gradus sortiatur, maioraque à minoribus, quemadmodum re, ita nominibus etiam distinguantur. Ac veluti Rex & Resp. sunt [2] idem, neque aliã ob causam Rex appellatur quispiam, [3] quã ob legitimam Regni possessionem, ob idque quod Regnum & eius populos repręsentet; Ita eodem gradu, quo Rex, censenda erit Resp., hoc est plurium procuratio, quę Regnũ moderetur ac repræsentet. Nemo si quidem suapte prærogatiua Rex, aut Dux appellatur, sed illud nomen sortitur à ditione, qua potitur, quam si iure amittat, eo quoque nomine, ac dignitate spoliatur, cum Regnum amplius non

1. C. fin. 79. dist. Auth. quomod. oport. Episc. in princ. C. vt dignit. ord. seru. in rubro, & in nigro. Natt. cons. 637. n. 1. 3. Decian. eod. cons. 15. num. 40.

2. Paris de Put. de synd. §. post. num. fin.

3. Bald. in c. 1. in verb. Marchio. Qui feud. dar. pos. Roland. cons. 10c. nu. 22. & seq. l. 4.

repræsentet: Contra vero, si priuatus Regnum iure adipiscatur, & regiam simul nanciscitur dignitatem. Neque nostram hanc distributionẽ euertit, quod à [1] quibusdam asfertur, asserentibus, Ciuitates ac Resp. non habere dignitatem, easque ideo, peculiari Monarchiæ prerogatiua, non Regibus solum, sed Comitibus etiam postponi. Exemplumq; illi, quasi præiudicium quoddam, proponunt Ciuitatum Neapolitani Regni, ac Germaniæ, quę Comitibus cedunt, Lucæq; item ac Senarum, quę Ducibus fuere postpositæ: facile enim eorum diluitur argumentatio, si quod reapse verum est confiteamur. Ciuitates nempe Neapolitani Regni, quæ in Regis sunt potestate, vere Resp. dici non possunt. Germaniæ autem, quas liberas vocant, Ciuitates ideo cedunt Comitibus, quod illæ territorium non habeant, saltem tantum, in quo iurisdictionem exerceant, quantum illi Comites possident. Pręterea non Comitibus omnibus Ciuitates illæ postponuntur, sed illis tantum, qui solius Cæsaris, non autem alterius inferioris, sunt clientes. De Senis autem quod aiunt, ac Luca, gratis id quidem assumunt, cum non ostendant Ducibus illas cessisse Resp., sed tantum Ferrariæ Duci nunquam fuisse prælatas: quod veluti haud inficiamur, ita neque hunc Ducem prælatum fuisse concedimus. Ac si id factum fuisset vnquam, neque adhuc miraremur valde, cum fortasse Dux ille tum latiùs imperaret, quam aut Lucæ, aut Senarum territorum pateret. Quod si assumptum probare voluissent, qui id contendunt, oportebat illos ostendisse, Venetam, aut aliam huiusmodi Remp. Ferrariæ Duci cessisse, veluti nos pre hoc ipso Duce, Nostræ Reip. primas fuisse delatas opportune demonstrabimus. Ac sane si absolute ponamus, vnius Imperiũ pluriũ procurationi præstare, ponemus quoq; Romanam olim Remp. clientibus Regibus inferiorem fuisse: ac digniorẽImperij Romano Germanici Rep. esse eius membrũ Boemiæ Regem: & Genuensium tributarios Sardiniæ, Cyprique Reges, Genuensi Rep. fuisse digniores, subditos nempe regnantibus, subiectos Dominis, quod quam sit absurdum:

[1] *Decian. eod. consl. 19. nu. 22. & seqq.*

*opinor*

*——————————opinor*
*Omnibus & lippis notum, & tonsoribus esse.*

Veluti igitur non concedimus Comitẽ (exempli loco sit) ea Rep. esse digniorẽ, quæ ditionem habeat ampliorem Comitatu, ita non contendimus, plurium administrationem, absolute & suapte natura, vnius Imperio esse anteponendam, vel etiam, si volunt, conferendam. Hoc etenim contendimus solum, Remp. illam, quę administrata à pluribus, Regnum legitime possidet, eodem gradu dignitatis habendam esse, quo Reges. Eam vero, quę Ducatum (iam sit huiusmodi vocabulis venia) eo gradu, quo Duces, cæteræque deinceps gradatim, quo suus quoque seruetur dignitatum gradus inter communitates atq; Respublicas. Sed vt appareat dilucidius, quam sint allucinati, qui spoliant Resp. dignitatibus, rem accuratius discutiamus. Maiestatis itaque nomen illud inclytum, quod aptari volunt soli Cæsari, iisq; Regibus, qui nullius sunt vectigales, certum est, proprium [1] Romani populi, Romanæque Reip. fuisse, atque hinc ad Cęsares, inde ad Reges esse translatum. Maiestas igitur, qua nulla excellentior dignitas, iam tum agnoscebatur in Populo ac Rep. Ille idem præterea populus, [2] Dominus Regum: victor atque Imperator omnium gentium: terrarum [3] Princeps à scriptoribus appellatur: En iam dignitatem in populo. Quid multa.

*Hinc Populum late Regem, belloque superbum*
*Venturum excidio Libyæ.*

cecinit [4] poeta de eodem Romano populo. En populum Regem; ac vere [5] populus ille sibi Ciuis suisque ciuibus, Rex vero exteris fuit. Statuunt itaque [6] Iurecõsulti, liberos omnes populos esse instar liberorum Regum, [7] considerantq; in Regno dignitatem, vniuersitatemque Reipublicæ, quę nunquam moritur, & durat etiam exactis Regibus. Et quamuis Resp. per se nihil agat, qui eam nihilominus regit, non propria agit virtute, sed virtute Reip. & dignitatis ab illa acceptæ. In Rege porrò duo considerant, Personam scilicet, & Significationem. Significatio autem est

*quoddam*

*1. Cic. de orat. & partit. orat. et pro Rabir. perduell. reo. & Philip. 1. l. 1. ff. ad l. Iul. maiest.*

*2. Cic. pro Dom. sua. Suet. in Calig. c. 35.*

*3. Liu. in præfat. hist. Plin. hist. nat. l. 22. c. 3.*

*4. Virgil. Aeneid. 1.*

*5. Ludouic. Dorleans in Tacit. l. 1. in princ. ad num. 3.*

*6. Natt. cons. 638. nu. 40. aliq.*

*7. Bald. cõs. 159. nu. 5. l. 3.*

*quoddam intellectuale* (verba ipsa sunt Baldi) *semper perseuerans ęnigmatice, licet non corporaliter*. Persona vero Regis est, *Organum & instrumētum personæ illius intellectualis ac publicę, quæ fundat actus, quęque est attendenda magis, cum dignior sit virtus principalis, quam organica*. Non potuit ipsius rei natura inuestigari subtilius. Dignior est Resp., digniores populi,[1] qui simul coniunctimque Regnum sunt, ipso Rege. Resp. populusque principalis virtus: Rex virtus organica: Populi ac Reip. causa Rex est, non contrà. Quis detrahat Rerump. populorumque dignitati?[2] Fassus est ingenue Maximus Romanorum Imperator, possessionem principatus, non peculiarem vnius hominis esse, sed communem totius Romani populi, sibi certam dispensationem, atque administrationem tantum, vna cum militibus esse demandatam. Quod si calumnietur quispiā, ideo maiorem in Rege esse dignitatem, quam in Regni Rep.; quod solus ille regat, neque sibi ęquales agnoscat in Regno. Nonne Romanis imperauit simul Balbinus cum Pupieno? Simul duo Philippi? Gallus cum Volusiano? Constantius cum Galerio, Seuero & Maximiano? Constantinus cum Constante, & Constantio, alijque permulti tum Romę, tum Constantinopoli simul cum alijs? Nonne horum singuli Imperatores, Cæsares singuli, singuli Augusti fuere nuncupati? Num ideo, quod á duobus simul, seu etiam pluribus Romanum regeretur Imperium, sua illud excidit dignitate? Probat igitur & Romanę Reip. Romanique populi exēplū, & Iureconsultorū doctrina, Resp. populosque nō minus habere dignitatis, quā illos, quos ipsi rerum administrationi præfecerunt. Rerump. ergo ac populorū dignitates, quas ęquales non esse dispar potentia, atque Imperij magnitudo declarat, in suos gradus etiā distribuere par est; quod non rationi solum est consentaneum, sed licet nomina distincta non sint, re tamen in Christiana Rep. obseruatur. Notum est Venetę Reip. Oratores in aulis Principum, in quibus eos versari contingit, eodem loco censeri, quo Regij. Lucensium vero Oratores pro Ducalibus haberi. Regia

igitur

1. Bald. cod. cōs. 159. nu. 3.

2. Herodian. l. 8.

igitur cenſetur illa Reſp. hæc Ducalis; illa videlicet in Regũ, hæc in gradu Ducũ collocatur; Sed in alijs quoq; Rebuſp. licet obſcurius, dignitatis gradus elucent: nonne Romano Germanici Imperij Reſp. interregni tempore vniuerſum Imperium Cęſaremque ipſum repręſentat? Nonne ideo Cæſarea Reſp. dici poteſt & debet? Nonne eodem loco, eodemque gradu, quo Cæſar eſt collocanda? Sed quid cauſam deſero? Cæſar ideo ea dignitate præfulgebat, quod repręſentaret Imperium. Imperium ergo nonne dignius ſui ſimulacro? Pari modo Polonica, Suecica, Danica, Boemica, Hungaricaque Reſp. a quibus Reges eliguntur, interregno durante, viuum ſunt exemplar, quod eorum Reges repræſentant, adeoque Regiæ ſunt dicendę, eodemque gradu cenſendæ, quo Reges. Quod ſi negaret quiſpiam, nę ille falſa etiam confiteri cogeretur.

Εὐθὺς γὰρ ἡμάρτηκεν ὃ πρῶτον γ' ἔφη.

cum Cæſaream Regiamque earum Rerump. dignitatem eſſe perſonę Cæſaris Regumue annexam concedere illum oporteret, eamdemque dignitatem ſimul cum perſona deficere, iterumque electo Cęſare, aut Rege, reuiuiſcere, quod quam ſit à veritate alienum comprobat axioma, quod in confeſſo eſt, dignitates videlicet, nunquam interire. Neque Noſtra ſecius, quam modo laudatæ Reſp. Regiæ, non ſecius Veneta, atque alię, ſi quę ſunt Regna poſſidentes, ac repręſentantes, Regię etiam ſunt dicendę, licet non Reges, ſed Duces ſummæ rerum pręficiant. Non enim regiam earum dignitatem perimit liberi populi voluntas ac lex, quę Regem vetat eſſe in ſua Rep., quęque regiam nemini credit poteſtatem, ſed & hanc, & dignitatem vult eſſe penes populum vniuerſum; Lex namque ipſa Rex eſt, quę Regem alium eſſe non patitur. Cedo quam abſurdum eſt profiteri, ideo Regnum ſua ſpoliari dignitate, quod nõ ſeruiat? Quod regiam poteſtatẽ [1] nõ admittat? Imperioſum nimis eſt Regis nomen, neque liberorum omnium populorum quadrat ingenijs; quare factum eſt, vt qui liberas Reſp. adminiſtrant plerique, Duces conſuleſue, non Reges, appel-

len-

1. *Nicol. Perott. in Martial.*

lentur.[1] Sic Iaſon Theſſalus à ſuis popularibus lege lata non Rex,ſed appellatus Dux eſt.[2] Sic Philippus Macedo, ſic filius eius[3] Alexāder Grçcię Duces, non Reges ſunt dicti. Lenius etenim quid ſonat Ducis nomen, quam Regis. Dux namque caput[4] ſignificat,cuius electio nō magis derogat libertati, quam dictatura olim Romanorum libertati detraxerit. Romanis nomine regio nihil magis inuiſum. Quis autem regiæ ſplendorem dignitatis in tanta Rep. non veneretur? Finge interregnum in Polonica, aliaue ex ijs Rep. á quibus Reges eligi ſolent; Regnum proculdubio erit adhuc illa Reſp., etiamſi Rege careat. Regem non eſſe in Veneta,ęque atque in Noſtra, credas non aliusmodi eſſe interregnum, tandiù duraturum,quandiù Regem eligi leges harū Rerump. prohibuerint. Non minus tamen, quā Polonicę,aliarūue interim vtriuſque Reip.[5] regia dignitas enitet, cum hę duę quoque regna poſſideant; quin hoc etiam amplius habere iſtę mihi videntur, quod in illis, licet dignitas regia nunquam intereat, Regis tamen perſona moritur; in his nec dignitas,nec perſona deficiet, donec ipſę Reſp. extabunt. Sic Veneti,tametſi non temporarium, ſed perpetuum ſibi eligant ſupremum Magiſtratum, non tamen illum Regem vt Poloni, Sueci, Dani, Boemique, & Hungari,ſed Ducem ſalutant. At nihilominus, queādmodū á nobis relatū eſt nuper, eodem gradu eorum Rep. cenſetur quo Reges.[6] Pari ratione ſunt in reliquis gradibus deinceps collocandæ Reſpublicæ aliæ, quę ditionem obtinent Regno minorem, quas proſequi operæpretium non eſſe putamus, cum ad propoſitam diſceptationem hæc ſufficere videantur. Hęc autem dum ponimus, minus adhuc ponimus quam iure poſſemus, ſi ad Reſp. liberas, quę nullius venerantur Maieſtatem, reſpiciamus. Liber namque populus magna dignitate[7] præfulget, quod ſuijpſius[8] Imperium habeat, ſibi ſit[9] princeps, poſſit omnia,quę ſunt reſeruata Principi, & in ſuo territorio eam habeat poteſtatem, quam in vniuerſo Imperio habet.

1. *Xenoph. rer. Græcar. l. 6.*
2. *Diodor. Sicul. biblioth. l. 5.*
3. *Ibid. l. 17. Arrian. de geſt. Alex. l. 1.*
4. *L. Primicerius. iunct. gloſſ. in V. Ducatum. C. de Dom. & protect. l. 12.*
5. *Sic pro Veneta Theod. Grasvinckel. in diſſert. de iur. præced. inter Remp. Venet. & Sabaud. Duc. c. 31.*
6. *Natt. conſ. 637. nu. 23.*
7. *Bart. in l. 1. §. de qua re ff. de poſtul. not. in l. hoſtes ff. de captiu. Natt eod. nu. 23.*
8. *Bart. in l 3. in pr. ff. de minor. Natt. eodē nu. 23.*
9. *Bart. vbi ſupra & in l. infamē circa fin. ff. de publ. Iudic. & in l. relaxari ff. de pœn. & in l. quidam in fin. ff. de re Iud. & in l. 1. C. de decr. dec. l. 10. Bald. conſ. 182. l. 5. Abb. in c. 2. de Imm. Eccl. & in c. accedentes. de præſcrip. Alex. conſ. 2. nu. 27. l. p. & conſ. 3. col. 3. l. 5. Dec. conſ. 55. nu. 3. & conſ. 125. nu. 5. Iaſ. in l. 5. in princip. n. 10. ff. de verb. obligat. Curt. ſen. conſ. 48. nu. 21. & conſ. ſeq. n. 5. & conſ. 65. nu. 4. Socin. Iun. conſ. 73. nu. 7. & conſ. 142. col. 1. l. 1. Craueti. conſ. 982. nu. 19. l. 6. Natt. eodem nu. 23.*

bet Imperator. In ſumma ' liber populus eſt totum conti-nens, eiuſque Reſp. ſpecimen exhibet Romanæ: ' Sunt hu-iuſmodi populi coniunctim Regnum, eorumque Reſp. eſt inſtar ' Regũ, etiamſi ditionem Regno minorem poſſideat, quales ex Pelagij Pont.Max. ' diſtinctione, Principes, qui nul-lius ſunt clientes, eſſe declarantur. Hæc igitur cũ ita ſe ha-beant, atq; non ſolum ex communi, Iureconſultorum ſcri-ptorumque ſententia, ſed e rerum geſtarum etiam ſerie, hiſtoriarumq, fide conſtet (queadmodum nuperrime V.C. Raphael á Turri diligẽtiſſime ' demonſtrauit) Genuenſem Remp. à nullius Principis pendêre autoritate; cumque præ-terea inter Chriſtianos vnica ſit Cæſarea dignitas, ideoque ad illam Genuenſis Reſp. aſpirare non poſſit; Ducatus vero, Marchionatus Comitatuſque dignitates, & eorum, quos Ba-rones diximus appellari, à ' Longobardis ac Francis, Ger-maniſque fuerint inuectæ, & licet perpetuæ modo, olim tamen ad ſuperioris Principis arbitrium adimerentur, ſint-que etiam Cęſaris aliorumue Principũ beneficia, hę inquã Reip. Noſtrę accõmodari nõ poſſunt, cuius dignitas pẽdet à nemine, cuius eſt ἀνυπεύθυνος ἀρχὴ, cuiuſque ditiones, veluti oſtenſuri ſumus, Regali titulo decorantur. Principis autem dignitas, ſi ſumatur generatim, eaque intelligatur, ' quæ eorum eſt, qui merum ac mixtum habent Imperium, quæ-que Cęſari, ac reliquis nullius maieſtatem ſuſpicientibus ' aptatur, Remp. noſtram non minus, quam Romanum olim populum Cæſaremq; ac ſupremos Reges non dedecet. At ſi propria peculiarique eius vocabuli ſignificatione vtamur, veluti certę cuiuſdam dignitatis nomine, tum Genuenſi

B Reip.

1. *Bald. eod. conſ. 559. col. 2. Natt. eod. nu. 23.*
2. *Bald. eod. conſ. 159. nu. 3.*
3. *Natt. eod. nu. 23. & conſ. 638. nu. 40.*
4. *R lata à Pio V. P. M. conſt. 88. Romanus Pontifex §. 7.*
5. *Bald. in l. decernimus nu. 2. C. de Sacr. Eccl. & cõſ. 452 l. 3. in fin. & conſ. 182. nu. 3. l. 5. Barbat. cõſ. 38. nu. 8. circa fin. Dec. cõſ. 534 nu. 1. Roland. conſ. 29. nu. 18. Io. de Anan. in c. 1. de ſchiſm. Felin. in c. 1. nu. 11. de treug. & pac. Caſtald. de Imp. quæſt. 54. nu. 9. & nu. 20. Cortard. in l. vnic. C. ſi de mom. poſſ. fuer. app. limit. 22. à nu. 12. ad n. 17. Chriſtoph. de Caſtil. conſ. 13. nu. 18. Hieron. Marlian. deciſ. 7. nu. 25. & in l. quoties. num. 316. C. de rei vendic. Syluestr. in verb. vſura. 2. n. 14. Nicol. Feſtoſ. de aſtim. & collect. part. 4. princip. c. 7. n. 31. Menoch. conſ. 2. à n. 48. ad. 64. l. 1. Marta de iuriſd. p. 1. c. 33. nu. 85. & ſeq. Boer. de auth. magn. conſ. nu. 107. ante fin. Purpurat. in l. quacumque nu. 75. 76. & 146. ff. de off. eiuſ. Oliban. de Iur. fiſc. c. 3. nu. 79. Barboſ. Collect. in c. Per Venerabilem nu. 27. qui fil. ſint legit. Lup. de illegit. & natur. reſt. lib. comm. 3. §. 3. nu. 16. Thom. Boz. de Stat. Ital. l. 3. c. 3. Conneſtag. in dedicat. hiſt. Portugall. Gaſpar Clock. de contribut. c. 5. nu. 30. verſ. Genuenſium, qui plures alios refert.*
6. *Cyrolog. controu. Fmar. aduerſ. Senat. Lagun. ſect. 3. De multiplic. quær. iuſt. imp. mod. &c.*
7. *Gl. in eod. c. fundamenta in verb. marchio. Alc. eod. c. 32. Sigon. de regn. Ital. l. 2. & 4. Bodin. de Rep. l. 3. c. 5. Graſvinckel. eod. c. 31.*
8. *Decian. eod. conſ. 19. nu. 124.*
9. *Bellamer. conſ. 1. col. 22. Abb. in c. paſtoralis in princ. de off. del. Crauett. eod. conſ. 982. nu. 12.*

Reip. non quadrat, cum designati hoc modo Principes plerique omnes alterius sint clientes ac subditi. Archiducum autem, ac Magnorum Ducum dignitatem inter relatos gradus ideo non collocauimus, tum quod à scriptoribus haud collocatam reperimus, tum quod [1] ea dignitas non sit gradus, sed culmen sit illius, in quo Duces censentur, illisque nominibus non superior gradus, sed magnitudo, atque excellentia inter alios Duces denotetur. Sane Moscouitarum Monarcha apud alios Principes Regis nomē nō est adeptus, quod non ita pridem Tartarorū [2] esset cliens: verumtamen ipse, cū iugū illud excussit, non modo se Regē, sed magnum Imperatorē appellat. Magnus vero Dux Lituaniæ, & [3] Tartarorū & [4] Ruthenorū erat tributarius; Mindacus autē eius Prouinciæ Dux Crucigerorū militū armis afflictus, & ad extremas redactus angustias, Christianā pietatē amplectens, magna suę ditionis parte à Crucigeris pacē redemit, [5] quorum opera à Summo Pontifice, circiter annum à Christo nato CIϽCCLII. Regio, & nomine, & diademate fuit cohonestatus. Atqui, eo interfecto, successores Ducis titulum resumpserunt, ac deinceps, à ditionis amplitudine forsan, Magni Duces sunt dicti. Demum magnus Lituaniæ Dux Iagello, anno à Virginis partu CIϽCCCLXXXVI. à Polonis ascitus in Regem, Idolorum superstitione cum Christiana religione commutata, Vladislai nomen assumens, [6] Lituaniam cum subiectis ditionibus Poloniæ Regno adiunxit. Inde cum eam Prouinciam Vitoldo Patrueli concessisset, hic à Sigismundo Cæsare persuasus, Regiam dignitatem ambiuit, quam accipere ab Vladislao, Senatuque Polonico est [7] vetitus, qui Lituaniam sui Regni membrum esse profiterentur. Cosmum Reip. Florentinæ Ducem, in Magnū Etruriæ Ducē [8] euexit Pius V. Pont. Max. vt magnificam eius conditionem, amplitudinemque imperij, inter alios Duces extolleret. At in Austria [9] primus Lupoldus, Marchio Austriacus, ab Ottone II. Cæsare dictus est. Fridericus autem Ænobarbus Henricū II. eius Prouinciæ Marchionem,

1. *Cassen. catalog. glor. mūd. part. 5. cōsid. 4.*

2. *Sigism. Herberstein. rer. Moscouitic. Bod. de rep. l. 1. c. 9. Ioberard. mercat. in Russ.*

3. *Bod. eod. c. 9.*

4. *Cromer. rer. Polon. l. 7. Mercat. in Lituan.*

5. *Cromer. modo laudat. l. 9. Michalon. Lituan.*

6. *Idem Crom. l. 15.*

7. *Idem l. 19.*

8. *Idem Pius relata const. 88. Gabut. de vit. Pij V. l. 3. c. vlt. Thuan. hist. l. 46.*

9. *Volfgang. Laz. in Vienna Austria lib. 3 Mercator in Austria.*

chionem, in Ducem euexit, Austriamque adeptus Rodulphus Habspurgensis Cæsar, eam Ducatum appellauit; inde Fridericus II. ad Regni etiam dignitatem prouexit sub Henrico III. Sed cum ille Rex Austriæ, debito erga Romanum Imperium obsequio satisfacere non videretur, ea dignitate [1] spoliatus est. Atque ita quidem se habent Magni Duces Archiducesque, constatque illos supra Ducum gradum non esse constitutos, sed in classe Ducum supremum obtinere apicem dignitatis, cum non appareat supra Ducum gradum fuisse promotos. Cum igitur singulos dignitatum gradus expendentes, vno regio excepto, demonstrauerimus, nullum Genuensi Reip. conuenire, porrò inquirendum est, an in regio, qui solus restat, collocanda sit.

1. *Bod. de rep. l. 2. c. 3. circa fin.*

## *Quis olim Rex, quid Regnum diceretur. Cap. I.*

Regiam potestatem, diuinæ Imaginem Maiestatis, vt quorumdam est opinio, [2] ortæ simultates ac bella, inter declinantes homines à naturali integritate, constituêre. Deprauata namque humana natura, cum in corda mortalium auaritia irrepsit ac luxus, cœperunt robustiores proprio labore partis non esse contenti. Facientes igitur impetum in magis imbecillos, atque obuia quæque rapientes, [3] cuncta ad arbitrium sibi vsurpabant. Tum congregati qui iniurijs erant obnoxij, [4] cum liberi essent suapte natura, [5] præstantiorem aliquem sibi præfecerunt, cuius regerentur iustitia, & prudentia aduersus robustiorum vim defenderentur. At longe nobiliorē esse tantæ dignitatis originem censent [6] alij, qui iure diuino, sacrisque oraculis illam volunt esse constitutam. Habent e sacra pagina innumera propemodum testimonia; à Deo datos esse Reges, & per eum regnare, Regnumque à Deo esse, quibus luce meridiana clarius demonstrari aiunt, hanc potestatem datam esse diuinitus. Ac sane par est, vt Regia dignitas, ac

2. *Bald. in l. ex hoc iure nu. 3. ff. de iust. & iur.*
3. *Diodor. Sicul. rer. antiq. l. 1. c. 1. & l. 2. c. 4.*
4. *§. Ius autē gentium inst. de iur. nat. gent. & ciuil. §. quæ res inst. de libert. l. quod attinet ff. de reg. iur.*
5. *Herodot. l. 1. Cic. 2. de off. Iustin. ex Trog. l. 1. Sallust. in proœm. coniurat. Catil. Senec. epist. 91.*
6. *Alphons. Aluarez Guerrer. in specul. vtriusq. dign. Eccles. et politic. c. 54. nu. 1. & seqq.*

1. *Hippodam. apud Stobaeum eclog. 41.* Regnum, [1] res ad diuinam imitationem comparata, à diuino principio deducatur. Sic veteres à summo suorum Deorum Ioue Reges datos existimàrunt.

2. *In Θεογον.* 3. *ὕμν. εἰς Δία.*

Ἐκ δὲ Διὸς βασιλῆες.

Cecinit [2] Hesiodus, & [3] Callimachus,

4. *Bald. eod. n. 3. Alciat. in l. bona ciuitatis. ff. de verb. signif.*

Ἐκ δὲ Διὸς βασιλῆες, ἐπεὶ Διὸς οὐδὲν ἀνάκτων

Θειότερον.

*A Ioue sunt Reges. Post hunc nil Regibus vsquam*
*Sanctius.*

At horum opinioni [4] grauissimorum virorum refragatur autoritas, asserentium, certum esse à Deo liberos homines, & nullius Imperio subiectos fuisse creatos; imò ipsius Sancti Spiritus luculentissimo testimonio comprobant non datos à Deo Reges, sed electos à gentibus fuisse. Cum etenim Regis eligendi leges ac formam Israelitis [5] præscripsit Omnipotens, non eligi Regem iussit, sed eligendi fecit potestatem, iuxta aliarum gentium ritum, quandocumque Israelitę in promissam à diuina Prouidentiâ regionem peruenissent, ac Regem habere, instar cęterarum gentium, decreuissent. Cum igitur illis eligendi Regis est data licentia, iam tum plerisque gentibus Reges imperabant, quæ Idololatriç mancipatæ, à iure diuino eam dignitatem accepisse non poterant. Quin tantum abest, aiunt illi, vt Regum ius atque electio à Diuinis emanârit oraculis, vt cū post plura secula à cōcessa sibi facultate Regem creare Israelitæ statuissent, [6] ægre id tulerit Deus, ac si se abijcerent, [7] prçuidens Regiā potestatem apud ipsos in Tyrannidem aliquando degeneraturam. Vt itaque, illos ab huiusmodi proposito deterreret, à Samuele iussit admoneri; quanta essent passuri, si quemquam ad regiam potestatem euexissent. Non igitur iure diuino, non iubente Deo, sed tantum permittente, apud Israelitas, populi consensu more aliarum gentium, creati sunt Reges, [8] velut allata e sacra pagina oracula interpretemur oportet. His alijsq; huiusmodi argumentis posterior hęc opinio oppugnatur. Prior autem illa

5. *Deuteron. c. 17.*

6. *Reg. l. 1. c. 8.*

7. *Bart. de regim. ciuit. n. 16.*

8. *Alciat. in ead. l. bona ciuitatis.lat.Guielelmi. Barclai. contra monarchom. l. 3. cap. 2.*

illa quæ bellorũ ac simultatũ regiam potestatem progeniem facit, Syluestres homines, aureique seculi redolet cantilenas.

[1] *Cum prorepserunt primis animalia terris,*
*Mutum & turpe pecus, glandem atq; cubilia propter*
*Vnguibus, & pugnis, dein fustibus, atq; ita porro*
*Pugnabant armis, quæ post fabricauerat vsus:*
*Donec verba, quibus voces, sensusque notarent,*
*Nominaq; inuenere, dehinc absistere bello:*
*Oppida cęperunt munire, & ponere leges:*
*Ne quis fur esset, neu latro, neu quis adulter.*

Quod si historiarum fidem sequamur, quandoquidẽ Ethnica scriptores, qui ab Orbis primordio historias, seu fabulas potius contexuere, [2] fatentur ingenue, adeo esse vetustam Regum originem, vt prorsus ignoretur, cum fieri non posse dicant, vt primę literę æque ac primi Reges, antiquæ fuerint, quodq; si etiam tum extiterunt literę, rerum sane scriptores multo post tempore fuerunt, e sacra historia Regum indagemus originem necesse est. Ante vniuersalem igitur eluuionem Cain, eiusque soboles, [3] munita terra Edẽ in quam profugerant, viatores aggredi, facereque prædas & cædes instituêre. Sethus itaque eiusque filij, Adami nepotes, quos maxime cum suis Cain affligebat, tum forte sibi Ducem Regemue, e sua gente prudentissimum præfecere, quo se aduersus hostes tuerentur. Non me fallit [4] ab omnibus fere receptam esse opinionem, ante eluuionis illius vniuersalis tempora, nullum fuisse Regem, sed imperâsse hominibus ipsum Deum, imposuisse ipsum facinoribus pœnas, easq; ipsum per se esse executum. Sed ex Cain secessione, ab ipsoque & eius sobole extructis munitionibus, factisque prędis & cędibus, in coniecturam duci me sentio, aliquod illum in suos imperium habuisse, quod si verum esset, non minus Adami filios nepotesque coiuisse, & contra hostes se munijsse, Ducemque sibi creauisse censerem; putarem tamen tum Patremfamilias, vti longa experientia prudentiorem, Ducis Regisque vices sustinuisse. Quo pacto regiam

1. Horat. sermon. l. 1. Satyr. 3.

2. Diodor. rod. c. 1.

3. Genes. 4. Ios. antiq. Iudaic. l. 1. c. 4. Constant. manass. in annal.

4. Damascen. l. de hæres. Epiphan. l. de hæres. Chrysost. in c. 10. Genes. Cedren. Innoc. in c. licet ex suscept. de for. compet. n. 3. & ibi Io. And. nu. 8. Hostien. nu. 9. Abb. nu. 11. alij.

giam poteſtatem, ſi talis erat, patriam poſſemus appellare, quę proculdubio à [1] iure & naturali, & diuino proficiſcitur. Poſt eluuionem autem [2] Noachus ſuam familiam rexit, cuius defuncti teſtamentum filij in familia erciſcunda ſunt executi; Primum tum reperio appellatum Regem [3] Semum, Noachi filium, quem [4] D. Hieronymus Melchiſedech Regem Salem fuiſſe contendit. Ferunt alij primum regnâſſe [5] Nemrodum pronepotem Noachi. Qui cum proaui defuncti reuerentia mortales non frenarentur amplius, & diſſiderent inuicem, regnum aut accepit delatum á populo, aut vſurpauit. Tradit illum [6] Moyſes regnâſſe in Babylone, Arath, Acad, Chalanne, & Sennaar; at quo pacto regnum fuerit adeptus non tradit. Ex his colligimus, aut Patresfamilias ſuis imperâſſe gentilibus, aut alios pluribus familijs gentibuſque. Primorum Imperium, patria nempe poteſtas, eſt procul dubio à diuino Iure profecta, aliorum autem regnum, ob allatas rationes, inde oriri non poteſt; ſed ſeu in cauſa fuerint diſſidia ac bella, ſeu pacis deſiderium, aut Iuſtitiæ, cur populi communi conſenſu (nam ſi potentiores naturæ iura violantes, imperium ſibi vſurpârunt in reliquos, Tyranni fuere non Reges) regia inſtitueretur poteſtas, Regesq; crearentur, ea Iure gentiũ eſt inſtituta, Regeſque eodem iure creati, quod rationibus confirmatum [7] communis Iureconſultorum ſententia approbauit. Veruntamen ius iſtud gentium ac populorum conſenſus, quo ſunt Reges ac Regna conſtituta, cum Iure diuino mirifice congruit; Veluti namque iuſtum regnum domeſtica [8] eſt quaſi quædam gubernatio, ita qui regnum inſtituerunt populi, plures familias Regi ac magiſtratui obedire voluerunt vt in Ciuitate tota Patrisfamilias eſſet imago, quem ius diuinum vnicæ familiæ prepoſuerat. Talem itaque Regem, & ſic præfectum cæteris [9] Hæbrei ab מָלַךְ imperando מֶלֶךְ [10] Græci, quod eſſet βάσις τοῦ λαοῦ populi fundamentum, Βασιλέα, aut ἄνακτα [11] quod ἀνακῶς ἔχει curam gereret, appellârunt. Latini

[12] à

1. Exod. c. 20. Deuter. c. 5. & 27. Eccleſ. c. 3. & cap. 7. Matt. c. 15. Marc. c. 7. & 10. Luc. c. 18. Paul. ad Epheſ. c. 6. Bonacc. de leg. in gen. & in part. diſp. 1. q. 1. punct. 3. nu. 3.
2. Geneſ. c. 10. 11. Ioſeph. ant. Iud. l. 1. c. 8.
3. Barclai. vbi ſup. l. 2.
4. Tom. 3. epiſt. 126.
5. Faſcicul. temp. in ſecund. ætat. Bod. de Rep. l. 2. c. 3. Pined. in Monarch. eccleſ. l. 1. c. 22.
6. Geneſ. c. 10. & Paralip. c. 1. Ioſ. eod. l. 1. c. 9.
7. L. ex hoc Iure ff. de iuſt. & iur. & ibi Bart. n. 4. Fulg. n. 6. Bald. nu. 3. id. Bald. in tract. de ſchiſm. Paris de put. de ſynd. tit. de exceſ. Reg. notatur in l. 1. ff. de iuriſd. omn. iud. & in l. 2. ff. de orig. iur. §. penult. plen. Oldrad. conſ. 69. n. 5. alij communiter.
8. Ariſt. polit. l. 3. c. 11.
9. Dauid de Pom. in germin. Dauid.
10. Iſid. etym. l. 9. c. 3. Io: Scap. in Lexic. in βασιλεύς.
11. Plutarch. apud Lipſ. monit. & exempl. polit. c. 7

[1] à recte agendo, seu quod magis arridet, à [2] regendo, Regem nuncuparunt. Festiue ac lepide Cicero, secutus hoc etymon, Regis appellationem conuenire sapienti potius, quam Tarquinio [3] profitetur, qui neque se, neque suos regere poterat. Alludit & [4] Virgilius

*Quid tempestatum Regem, ventosque furentes*
*AEolia excitos?*

& clarius [5] Horatius,

*Nulli plura tamen diuidit oscula,*
*Quam dulci Lamię, memor*
*Acta non alio Rege pueritię.*

hinc á similitudine officij deducto nomine Romani, sacrorum Pręfectum ac Rectorem, [6] Sacrorum Regem, Regemq; [7] Sacrificulum appellarunt. Is etiam cui cura erat Ærarij, [8] Rex dicebatur Ærarij, & in conuiuijs praeterea, cum saturnalia celebrarentur, [9] Rex vini constituebatur, cuius imperio conuiuarum facetię & ioci regerentur. Regnum vini agnoscit [10] Horatius, hanc Saturnalium festiuitatẽ respiciens,

*Nec regna vini sortiere talis.*

[11] Gręci quoque similem Regem suis conuiuijs adhibuere: transijt hoc etiam ad bruta vocabulum, prę similitudine muneris, nãque inter apes pariter est illa [12] Rex dicta, quæ regit ducitque alias, quæque, licet mole corporis ac formę specie reliquas antecellat, aculeo tamen est destituta. Sed his omissis vt ad hominum Reges, Reiq; publice rectores redeamus, gentes [13] antiquę, delato ad iustissimos ac sapientissimos imperio, Regibus plereque omnes paruere. Illi vero non Remp. administrabant solum, verum agebant etiam auguria, cum & sapere & diuinare munia ęquę regalia censerentur. [14] Neque minus tum Rex dicebatur, qui vnicam tantum Ciuitatem regebat, quam ille, cui suberant innumeri populi, varięque nationes, [15] cum Regem non amplitudo imperij aut potentia, sed munus ac potestas in subditos faceret. [16] Abrahamus cum tercentis & octodecim

ver-

*vbi sup. l. 1. c. 9.*

1. *Isid. l. de summ. bon.*
2. *C. duo. 12. q. 1. Isid. eod. &c. D. Thom. de regim. Princ. l. 1. c. 1. Archidiac. in c. Regum 23. q. 5. Corsett. de pot. reg. p. 2. nu. 19. Nicol. Perott. in Martial. epigr. 2. ad Domit. Lips. eod. c. 7.*
3. *De fin. l. 3.*
4. *AEneid. l. 10*
5. *Carmin. l. 1. od. 36.*
6. *Dionys. Halyc. antiq. Rom. l. 4. Cic. pro Dom. sua, & de Harusp. resp.*
7. *Dionys. eod. lib. 4.*
8. *Cic. de leg. agrar.*
9. *Tacit. annal. l. 13. & ibi Lips. & Dorleans. Lips. antiq. lect. l. 3.*
10. *Eodem l. 1. od. 4.*
11. *Lucian. in Saturnal.*
12. *Plin. hist. nat. l. 11. c. 17. Virg. Georg. l. 3.*
13. *Cicer. de legib. lib. 1. Dionys. vbi sup. lib. 2. Iustin. eod. l. 1. Torq. Tass. dial. della dignità.*
14. *Tass. eod. dialog.*
15. *Rod.*
16. *Genes. c. 14.*

vernaculis, quatuor Reges, eorumque exercitus fudit, qui paucis ante diebus quinque alios Reges profligauerant. Occurrũt passim in sacra pagina Reges ' Hai, ' Tyri, ' Edõ, ' Gerare, ' Iericho, alijque permulti, quorum tamen singuli vni tantum ciuitati erant præfecti. In regione, quam Deus populo suo destinauerat, antequam illa in Israelitarum ditionem veniret, ' triginta & vnus Reges erãt. ' Adonibesec septuaginta á se deuictos Reges, manuumque ac pedum summitatibus mutilatos, ciborum reliquijs, sub mensa collectis, vesci ac vitam traducere compulit. ' Beroadad Syriæ Regi triginta duo alij Reges venêre suppetias. Sed vix ullum sacra pagina videtur inter Reges Ducesque ponere discrimen, reperiesque posteros Esaû, qui dominabantur in Edom, Duces ' alibi, alibi " Reges appellari. Quin " iussus à Deo Samuel Israelitis Ducẽ constituere, Saulẽ non Ducem sed Regem " creauit. Malo autem arbitrari, nullam inter Ducem Regemque fuisse differentiam, quam Dei præcepta sanctissimum virum haud fuisse executum. Apud Græcos qui " Sardibus, " Mycenis, " Thebis " Athenis, " Lacedemone, " Sicyone, " Argis, " Sidone priscis temporibus administrabant Remp. [illegible] dicebantur, cum tamen in vna tantum Ciuitate, aut angusta certe in regione dominarentur. Ad Troianam expeditionem Reges e Græcia " septuaginta nauigârunt, qui modo relatis potentiores omnino esse non poterant. Neque huius nominis Romani fuere magis religiosi; " Latinus namque Aboriginum: Latinorum " Æneas: " Euander Arcadum, qui in Palatino monte consederant: Rutulorum " Turnus: " Mezentius, Tyrrhenorum Reges nuncupabantur; fuit Volscorum Regina " Camilla. Quid Romæ vix conditæ " Romulum Regem successoresque cõnumerem? Sabinorum Titus " Tatius Rex fuit: Clusinorum " Lars Porsenna: Lars Tolumnius " Veientium. Neque maius horum regno erat illud Alpium Cottiarum, in quarum latibulis Rex " Cottius regnabat, etiam

tum

1. *Iosue c. 8.*
2. *Reg. l. 2. cap. 5. & 6.*
3. *Paralip. l. 1. c. 1.*
4. *Genes. c. 10.*
5. *Iosue c. 6.*
6. *Ibid. c. 12.*
7. *Ibid.*
8. *Iudic. c. 1.*
9. *Genes. c. 36.*
10. *Paralip. l. 1. c. 1.*
11. *Reg. l. 1. c. 9.*
12. *Ibid. c. 11. & 12.*
13. *Herodot. in Clio.*
14. *Pausan. in Corinth.*
15. *Ibid.*
16. *Id. in Attic. Iustin. l. 2. Euseb. in Chronic.*
17. *Herod. & Pausan. vbi sup.*
18. *Pausan. ibid.*
19. *Pausan. & Euseb. vbi sup.*
20. *Q. Curt. de gest. Alex. l. 4.*
21. *Dict. Cretens. de bell. Troian. l. 1. Dares. Phryg.*
22. *Liu. lib. 1. Dionys. eod. l. 1. Virgil. AEneid. lib. 6.*
23. *Liu. & Dionys. vbi sup.*
24. *Dionis. eod. lib. 1. Virgil. AEneid. l. 8.*
25. *Liu. & Dionys. vbi sup. Virgil. AEneid. lib. 7.*
26. *Liu. & Dionys. ibid. Virgil. AEneid. l. 11.*
27. *Virgil. eod. l. 11.*
28. *Liu. & Dionys. vbi sup.*
29. *Ibid.*
30. *Ibid.*
31. *Liu. l. 4.*
32. *Sueton. in Neron. c. 18. Ammian. Marcellin. l. 15.*

tum, cum subactis Gallijs Romanum floreret Imperium? Quid? translata quoque Constantinopolim Romanorum Principum Maiestate, vel regionis exiguę, vel vnius etiam Ciuitatis domini Reges dicebantur. In eo bello, quo Hunni Attila Rege, vastârunt Italiam, Reges [1] Albanię, Aquileię, Paduæ, Concordiæ alijque militabant. Quinimo [2] D. Thomas Aquinas, eum qui perfectam regeret *Communitatem*, idest, vt ipse inquit, *Ciuitatem, vel Prouinciam*, Regem suis quoque temporibus fuisse demonstrat. Huiusmodi itaque Reges, seu sibi populus illos præfecisset, seu hereditatis iure peruenissent ad regnum, [3] concilium habebant ex optimatibus, neque ex animi sententia, sed optimatum consilio, iuxta mores patrios, ac legum pręcepta Remp. administrabant. Tum & Reges, & [4] Tyranni, nondum infamato vocabulo, dicebantur. Hoc erat enim apud antiquos [5] nomen Dominij, ipseque Iupiter, [6] θεῶν τύραννος, Deorum Tyrannus dictus est: & Plato ad Syracusanum Dionysium scribens, eum honoris causa, Tyrannum appellat, quo eodem, titulo ille rescribens se cohonestat. Hinc [7] Virgilius.

*Pars mihi pacis erit dextram tetigisse Tyranni.*

Veruntamen cum horum plerique tributa sibi abuterentur potestate, nomen illud Tyranni male cœpit audire; cumnamque Regia in Ciuitate potestas esse tum [8] putaretur, cum vnus, communi consulens vtilitati, tractaret gubernacula Reip., ita [9] vt videretur domestica quasi quędam gubernatio, quotiescunque is, qui ad Remp. accederet, in propria commoda suam administrationem conuerteret, infami nomine cœpit appellari Tyrannus, in cuius cederent voluptates & commoda alieni labores & mala. Qui igitur volentibus & non repugnantibus, ita obediens legibus, vt sibi vellet obedire subiectos, imperabat, relicta subditis, cum naturali libertate, rerum proprietate, [10] Rex dicebatur; [11] Tyrannus contra, qui inuitis, & non secundum leges, perfringens iuris repagula, ac libertatem pręcidens liberorum hominum, & aliena vsurpans vt sua, quasi per vim ad arbitriũ

1. *Hist. della guer. di Attil. lib. 1. Pigna hist. de Princ. da Este lib. 1.*
2. *De regim. Princ. lib. 1. c. 1. in fin.*
3. *Diodor. eod. lib. 1. c. 5. Dionys. vbi sup. lib. 5.*
4. *Plat. 1. de Philos. Suid. in* βασιλεύς. *& in* τύραννος. *Isidor. eod. c. 3. Tass. eod. dialog.*
5. *Suid. in* τύραννος. *Perott. vbi sup.*
6. *Aristophan. in nubib.*
7. *AEneid. lib. 7.*
8. *Aristot. politic. lib. 3. c. 5.*
9. *Ibid. c. 11. & seq.*
10. *Plat. de regn. Arist. eod. lib. 3. c. 10. Xenoph. de memorab. Socrat. lib. 1. apud Stobæum ead. eclog. 41. Suid. in* βασιλεύς. *Bod. de Rep. l. 2. c. 3.*
11. *Modo laudati. Bod. eod. l. 2. c. 4. Tass. eod. dialog.*

dominaretur. Sic illis, qui iuste legitimeque regebant, hoc est, qui regio munere fungebantur, Regis nomen remansit; Regia autem abutentes potestate, regio nomine amisso, Tyranni sunt nuncupati. Legibus itaque Regum erat frenata potestas, quibus tamen legibus ita Rex esse non debet obstrictus, vt liceat illi nihil omnino, ac si habeat, cui sit redditurus rationes, sintque illi cuncta ex præscripto facienda. Quamuis enim verum sit illud [1] Antigoni, Βασιλείαν εἶναι ἔνδοξον δουλείαν, *Regium Dominatum, nobilem esse seruitutem*, ac populi debeat Rex esse minister, reddendis tamen rationibus illum non decet esse subiectum. Ille namque [2] solus Regis nomen meretur, qui nullius cliens, nullumque, vt aiunt, superiorem recognoscens, sua sponte, non precariò dominatur, talisque est omnino, qualem esse oportere scribit [3] Martialis ad Maximum.

*Qui Rex est, Regem, Maxime, non habeat.*

Qui enim alieno nomine, vel precariò, alicui Ciuitati, aut genti, seu etiam pluribus prouincijs imperat, [4] Regio titulo dignus non est, sed perpetuus Gubernator potius est appellandus. Cum namque [5] sit Regis nomen augustum, & quo nullum in terris esse potest illustrius, si eos, qui ex nutu pendent alterius, & rationibus reddendis sunt obnoxij, Reges dicamus, [6] Principes subditosque, Dominos ac seruos eodem iure censebimus. Ecqua ratione Regem illum appellabimus, qui regatur ab alio? Ecquo nomine erit ille nobis nuncupandus, cui Reges obediant, cum dignius vllum, augustius vllum regio, nomen [7] excogitare non possimus? Et quamquam Constantinopolitani Cæsares, inscriptis quatuor B. in suis insignijs, [8] iactarent se esse, Βασιλεὺς Βασιλέων Βασιλεύων Βασιλεύουσι, *Reges Regum Regnantes Regibus*; & ante ipsos [9] Nabuchodonosor, & [10] Persarum Monarchæ, á sacra pagina, à [11] Cicerone vero Agamemnon, Reges Regum appellētur, & [12] Phraates Parthorum Rex superbum hunc titulum sibi quoque arrogârit, eumdemque nostris temporibus, [13] Magnus Turcarum Monarcha sibi vsurpet [14] hyperbole

1. Apud AElian. variar. histor. l. 2. c. 20.
2. L. fin. C. de legib. Suid. in Καισαρεία. Paris de put. vbi sup. vers. Rex, nu. 15. Corsett. vbi sup. part. 3. nu. 12. Bod. eod. l. 1. c. 9. & eod. l. 2. c. 3. Boz. de Iur. nat. & diuin. eccl. l. 4. c. 8.
3. Lib. 2. epigr. 18.
4. Bologn. in l. 1. nu. 15. ff. de off. eius. Bod. eod. lib. 1. c. 10. & eod. lib. 2. c. 2.
5. Bod. eod. c. 2.
6. Id. eod. c. 10.
7. Io. Redin. de maiest. Princ. in princ. n. 32. Bocer. decis. 178. nu. 10.
8. Bod. eod. c. 9.
9. Ezechiel. c. 26.
10. Esdr. lib. 1. c. 7. Sueton. in Caligul. Dio lib. 55.
11. Ad Attic. lib. 14. ep. 20. Vell. Paterc. l. 1.
12. Dio eod. lib. 55.
13. Zinan. dell' art. del Segret. l. 5.
14. Bod. eod. c. 9.

perbole potius hæc est quæpiam, denotans amplitudinem imperij, cui Reges plures sint vectigales, quam veritatis professio, cum Reges illi qui aliis sunt clientes, hoc nomine vere sint indigni. Solē siquidem ac sydera reliqua, nefas est existimare Deos esse ideo, quod suis cursibus, progressionibus, institionibusq; totius vniuersi molem illustrent, nutriant, conseruent; sed esse Deum dicere debemus illum, qui syderibus, quasi suorum imperiorum ministris, concordium motuum leges præscripsit. Haud secus (si componere licet terrena cœlestibus) asserere dedecet eos, qui ex aliorum præscripto Remp. administrant, qui alterius reuerentur maiestatem, qui administrationis suę reddituri sunt rationem, vere Reges esse. Nempe cum Regnum sit res quæpiam inter Deos hominesque pulcherrima, vt scribit [1] Liuius, hoc est suprahumanum ad diuinitatem accedens quippiam, atque, vt aiebat [2] Hippodamus, ad diuinam imitationem comparatum, quam similitudinem diuinitatis possemus eius Regno tribuere, qui alterius imperium dignius veneraretur in terris? Quare Alexandri illius Macedonis Duces, tametsi eo defuncto, obtinerent regiones amplissimas, quibus imperabant, [3] Satrapas nihilominus, non Reges se dixêre; neque adeo augusto nomine prius vti, aut regia assumere insignia sunt ausi, quam defuncto Ariddæo, Alexandri herede, se Macedonum Regum clientela liberos esse censentes, solutos eorum legibus sese, legitimosque Dominos profiterentur. Patet igitur Reges olim a regendo, hoc est ab officio, nomen esse sortitos; Patet Regem illum æque fuisse, qui vnicam Ciuitatem, atque illum, qui vastissimas Prouincias obtineret; Pateque demum, oportere Regem nullius esse clientem, aut vectigalem. Facile est hic definire, [4] Βασιλεία εἶναι ἀνυπεύθυνον ἀρχήν, *Regnum*, hoc est munus dignitatemque regnandi, *esse rationibus reddendis non obnoxium principatum*. Prouinciam autem, quam Rex regebat, à Regis nomine aut regionem, aut Regnum fuisse dictam manifestum est: neque aut amplitudo

1. *Lib. 2.*

2. *Apud Stob. ead. eclog. 41.*

3. *Appian. de de bell. Syriac. Plutarch. in Demetr.*

4. *Suid. in Βασιλεία.*

prouinciȩ plura constituebat Regna, aut angustia adimebat Regni dignitatem; cum Rex nomen esset, non potentiȩ, sed officij, & regiones non ab amplitudine, sed à nomine ac dignitate eorum, a quibus regebantur, Regna dicerentur.

## *Qui Reges, quid Regnum apud recentiores?*
## *Cap. II.*

At verò placuit recentioribus modum apponere ambitioni, & Regis vocabulum non a regendo deducunt, neque Regnum à Rege, sed contra à Regno Regem esse dicendum contendunt, dum tanto nomine eum tantummodo Principem [1] ornant, qui Regnum possideat.[2] Regnum autem volunt ex integra constare Prouincia, atque in hac decem duodecimue Ciuitates, cum Metropolitana, contineri. Veruntamen si tot requirunt Ciuitates, easque cum Episcopo; plerosque iam Reges vel maximos, qui Christum haud colunt, quorumque in amplissimis prouincijs aut nullus prorsus, aut saltem rari admodum extant Episcopi, regio diademate spoliant, cum tamen á cunctis Reges appellentur & existimentur. Ecquis Reges neget esse Persarum Imperatorem, Indorum Mogolem, Monarcham Sinarum? Apud Indos quoque Orientales Sofala, Quiloa, Ormuzium, Cochinum, Calecutum, Malacha aliȩque Ciuitates: atque in Insula Taprobane Pedir, Pacen, Achen, Campar, Menancabo, Zunda, Andragide, Auru [3] Regna nuncupantur, ipsarumque rectores Reges dicuntur, cum pleraque Episcopis careant, pauca vix vnicum habeant. Congi etiam in Africa, Bungi & Arimæ in Iaponijs Domini Reges appellantur, eorumque [4] Oratores in aula regia á Pontificibus Max. sunt excepti, cũ nullus adhuc ijs in regionibus esset Episcopus. Sed quid? Pleraque Christianæ Reip. Regna, eaque insignia, hac etiam mulctant dignitate. In Lusitania duo extant, Portugalliȩ, & Algarbiorum Regna, [5] cum in ea Prouincia decem soli sint Episcopatus & tres

1. *Hostiens. in c. constitutis. 2. de testib. & ibi Abb. & Franc. Aret. Dec. in l. si eadem. nu. 3. ff. de off. assess. & in c. cum causa de off. deleg. nu. 6. Montal. de reprobat. sentent. Pilat. art. 4. n. 1.*

2. *C. scitote. 6. quæst. 3. & ibi Barbos. in collect. DD. modo laudati.*

3. *Fern. Lop. de Castagneda hist. de las Ind. Orient. Maphæus rerum Indic. Io: Hugo, alij.*

4. *Relat. itiner. eorũdem orator. edit. à Guid. Gualterio, et impress. Romę apud Franc. Zanettum 1586. & extat epitaphiũ Regij Oratoris Regis Congi Romæ ad D. Mariæ Maioris prope sacrarium.*

5. *Io: Gerund. Paralip. Hisp. lib. 1. Aubert. Miræus notit. episc. lib. 4. c. 13.*

tres Archiepiscopatus. In Balearium Regno,' quod Maioricarum dicitur,' vnicus est Episcopus; in ' Valentiano duo, cum Archiepiscopo; in ' Granatensi totidem; in ' Aragonico quatuor, & vnus Archiepiscopus; in ' Nauarrço vnus Episcopus; atque omnino, cum apud Hispanos ' Regna vndecim percenseantur, soli in Hispanijs ' XLIV. Episcopi cum septem Archiepiscopis numerantur, quorum numerus, iuxta horum doctrinam, vix integra quinque Regna constitueret. ' Sardinia tres habet Archiepiscopatus, Episcopatus quinque; Sicilia Archiepiscopatus '' totidē, Episcopatus sex. In Creta septē sūt Episcopi cū Archiepiscopo;'' In Cypro quinque tantum erant Latini ritus Episcopi cum Archiepiscopo, & quatuor Græci; In '' Boemico Regno vnicus est Episcopus & vnus Archiepiscopus; In '' Suecico sex erant Episcopi cum Archiepiscopo; In '' Danico totidem; In '' Noruegico quinque cum Archiepiscopo. Hæ tamen omnes Prouinciæ Regna nuncupantur, ipsarumque rectores ac domini, diademate regio insignes, inter alios Christianę Reip. Reges connumerantur. Neque satisfacit, quod aiunt, illos qui Christum haud colunt, esse iure gentium Reges; Christianos vero quibus tot, quot volunt ipsi, Ciuitates non obediunt, regiam dignitatem aut Pontificis Max., aut Cæsaris beneficio, ac, vt aiunt, ex priuilegio obtinuisse. Admittimus enim, quod de non Christianis asseuerant, esse nempe illos iure gentium Reges, ideoque æque Reges, ac cæteros, cum iure illo Regna fuerit distincta, & Reges instituti. Quod autem de Christianis tradunt, non video quomodo, seruata dignitate, captare hunc titulum potuerint. Priuilegium sane, ac priuata lex, seu prærogatiua, nisi à superiore concedi non potest, qualem si quempiam Rex agnoscat, iam Regis nomen amittit. Tanti etenim nominis maiestati proprium, á qua minime potest separari, non solum á veteribus, '' vt ostendimus, sed etiam á '' recentioribus existimatum est, vt Rex à nullius pendeat autoritate, ne Regis nomen, vectigalibus, tributarijsque Principibus communicatum, suo

excide-

1. *In liter. edit. ante Cōcil. Viēn. sub. Clem. V.*
2. *Mir. eod. c. 13.*
3. *Ibid.*
4. *Ibid.*
5. *Ibid.*
6. *Ibid. & Gerund. eod. lib. 1.*
7. *In commentar. politic. de Hisp. Carolus V. Cæsar in suis diplomatis plura etiā enumerat.*
8. *Gerund. eod. lib. 1.*
9. *Mir. vbi sup. lib. 3. c. 3.*
10. *Ibid.*
11. *Eod. lib. 3. c. 8.*
12. *Ibid. & Gratian. de bell. Cypr. lib. 1.*
13. *Mir. eod. lib. 3. c. 18.*
14. *Ibid. c. 23.*
15. *Ibid.*
16. *Ibid.*
17. *c. Superior.*
18. *Bolognet. Inl. 1. nu. 15. ff. de off. eius. Bod. de rep. lib. 1. c. 9. & 10. & lib. 2. c. 2.*



excideret gradu, idque adeo seuera lege, vt Cęsar ipse, ac Romanorum Imperator, supremum in politicis vniuersæ Christianæ Reip. caput, [1] regio nomine redderetur indignus, si alterius Maiestatem suspiceret; Ideoque cum Lotharingię [2] Reges ac Burgundię, Romano Germanici Imperij clientes sunt facti, regium nomen amisêre; [3] Neque prius Portugallię Regi Alphonso Primo Regiũ nomen dedêre Lusitani, cum Dux antea Portugalliæ sub clientela Castellani Regis esset, quam cum in procinctu stantes, & cum Sarracenis manus collaturi, viderentur sibi, vbi absque patroni Regis ope fudissent hostes, iure liberum ab alterius clientela, à solo Deo Regnum accepisse. [4] Veneti quoque à Friderico III. Cęsare oblata sibi regia insignia respuêre, ac si de iure suo fuissent remissuri, si ab alio dignitatem essent adepti. Quamuis enim Romanus [5] Pontifex ac [6] Imperator, per se & suas leges, dignitates tribuere possint, regalisque dignitas à Pontifice Max. [7] soleat obtineri, atque adeo, qui ab illis regia insignia habuêre, propter autorum reuerentiam, in Regum gradu censeantur; cum nihilominus liber quilibet populus ac Ciuitas, quæ condendarum ferendarumque legum habet potestatem, [8] dignitatis quoque tribuendę, ac sibi [9] creandi Regis, habeat facultatem; qui ab exteris Principibus petunt insignia, perinde ac si condendarum legum, tribuendarumque dignitatum iure carerent, ipsimet sibi de grauitate propria, ac maiestate decerpunt. Sane potissima eorũ Regũ pars, qui aut á Põtifice Maximo, aut à Cæsare Regiũ nomen impetrârunt, alterutrius sunt clientes, ab alijs nihilo secius Reges existimati ob reuerentiã, quæ etiã in politicis, saltẽ propter pręcellentẽ dignitatẽ, Põtifici Cæsariq; debetur; cũ nefas sit, inferiorẽ improbare, quod superior approbauit. At in plerisq; Christianæ Reip. Regnis titulus hic regius à iussu liberi populi, ipsiusue Principis, tanquã proprio e fonte,

1. Bald. in proœm. ffor um nu. 22. in fin. Io: Redin. de maiest. Princ. in princ. nu. 10.
2. Bod. eod. lib. 2. c. 3.
3. Marian. de reb. Hisp. lib. 10. c. 17.
4. Theod. Grasvinckel. de Iur. præcedent. inter Remp. Venet. & Duc. Saband. c. 26.
5. Host. in c. venerabilem. de elect. Valasc. in l. Imperium. nu. 97. in fin. ff. de iurisd. omn. Iu.
6. Bart. in l. 1. C. de dignit. lib. 12. nu. 71. Bald. cons. 333. lib. 1. nu. 1. & in c. 1. de feud. March. & in c. 1. quis dicat. Dux, &c. nu. 1. Alberic. in rub. ff. de stat. hom. in 3. lect. nu. 6. Alciat. in l. Imperium. nu. 100. ff. de iurisd. omn. Iud. Bero. in c. 1. nu. 20. de constit. Restaur. Cast. de Imp. q. 68. n. 6.
7. Calius & ibi gl. 15. p. 7. Spec. in tit. de leg. §. nunc ostendendum n. 3. Martin. de Caraz. de Princ. q. 551. Ant. Corsett. de pot. Reg. part. 4. nu. 2. Castald. ead. q. 68. nu. 2.
8. L. 1. circa princ. & l. vt gradatim §. 1. ff de muner. & honor. Bart. in ead. l. 1. nu. 78.
9. Castren. in l. ex hoc iure nu. 17. & ibi Angel. nu. 10. & seq. ff. de Iust. & Iur. seq. Dec. in c. cum causa. nu. 16. de off. deleg. & in l. si eadem nu. 3. ff. de off. asses. Bald. in l. in adoptionib. nu. 3. ff. de adopt. Abb. cons. 51. in princ. lib. 2. Corsett. de pot. reg. part. 1. nu. 4. & part. 4. nu. 27.

e fonte manauit, vt non ideo, quod Pontifex & Cæsar regia largiri insignia sint soliti, liberi populi in hoc amplissimo dignitatis gradu sese, suosq; Principes locare nō possint.[1] Histria & Croatia Regem habuit à Gregorio VII. Pōt. Max. circa annum CIϽLXXX.[2] Emericum Lusignanum Romani Pontifices Cypri Regem appellauêre circiter annum CIϽCXCVI. Bulgaris & Blachis Regem dedit anno CIϽCCIII. Innocentius III. aliusq; eiusdem nominis IV.[3] Mindacum Lituanorum Ducem regia dignitate donauit anno CIϽCCLIII. Quartus item eius nominis Alexander[4] Russorum Ducem Danielem ad Regiam dignitatem promouit, circiter annum CIϽCCLX. Polonia, ad Regni[5] fastigium, anno à Christo nato CIϽI. sub Boleslao ab Othone III. Cęsare est euecta; cumq; post LXXVI. annos alter Boleslaus, cognomine audax, Cracouiensem Episcopum[6] trucidâsset, à Gregorio VII. Pont. Max. Regio diademate fuit spoliata, regibusque caruit ad annum vsque CIϽCCXCV. quo congregati Gnesnæ ad Comitia Polonicę Reip. ordines, Primislum Regem[7] propria autoritate creârunt.[8] Boemia primum habuit Regem Vratislaum, cum antea Principatus esset, ab Henrico IV. Cæsare anno CIϽLXXV. seu, vt narrant[9] alij, CIϽLXXXVI. in Concilio Moguntino regio nomine decoratum. Sed cum deinceps fuisset in Ducatum relapsa,[10] ipsius demum Dux Vratislaus IV. à Cęsare Friderico Ænobarbo anno CIϽCLXXXV. Rex fuit salutatus, quem titulum[11] Innocentius III. Pont. Max. comprobauit. Atq; hæc quidem Regna à Romanis Pontificibus, & Cæsaribus reperimus instituta. At contra[12] Sueci ac Noruegi & Gothi, longa serie Reges suos ad pronepotes vsque Noachi protendunt.[13] Dani Humblum sibi primum Regem elegêre, multis ante Christum seculis. In Scotia[14] Fergusius ante Christum natum annis ferme CCCXXX. Regnum instituit.[15] Hunni Regem sibi Attilam pręficientes anno á Christo nato CCCCI. Hungarico Regno fecerunt initium.[16]

Quid

1. Bod. eod. c. 3. Thuan. hist. lib. 46.
2. Grat. de bell. Cypr. lib. 1. Boter. Relat. vniuers. par. 1. vol. 2. lib. 4.
3. Id. Innoc. constitut. 5. Rex Regum. Pius V. const. 88. Romanus Pontifex Thuan. eod. lib. 46.
4. Cromer. rer. Polon. l. 9. Thuan. eod. lib. 46.
5. Idē ibid.
6. Cromer. vbi sup. l. 3. & Polon. lib. 2. Cranz. lib. 2. c. 36. Vandalic.
7. Cromer. vbi sup. lib. 4.
8. Ibid. lib. 11. & Polon. lib. 2.
9. AEn. Sylu. hist. Boem. c. 22. Io. Olomuc. hist. Boiem. l. 9. N. Stransk. in descript. Reip. Boiem. c. 8.
10. Stransk. eod. c. 8. Gherard. Mercat. in descrip. Boiem.
11. Io. Olomuc. vbi sup. lib. 12.
12. Ipse Innoc. constit. 6. licet.
13. Io. Magn. hist. Goth. lib. 1. c. 4. & seq.
14. Io. Isaac. Pont. hist. Danic. lib. 1.
15. Hect. Boeth. Io. Leslæus. de reb. Scotor. lib. 2.
16. Io. de Turecz. in Chron. Hung. c. 13. Bonfin. rer. Hung. dec. 1. lib. 3.

Quid de Gallis dicam, quorum [1] Rex Pharamundus anno CCCCXX. in Gallijs Francorum Regnum primus instituit? Quamuis enim ante hunc Franci suos Reges habuerint, eorum tamen Regnum primus posuit Pharamundus in Gallijs. [2] In Britannia Anglo Saxonum Regno primus est potitus Hengistus, anno CCCCL. ac deinceps in plura regna est ea regio distincta, donec, circiter annum IϽCCCVII. [3] sub Egberto vniuersa in vnum coaluit. In Sardinia (omissis antiquis fabulis de Phorco ac Medusa) [4] Goda genere Gothus, à Gelimare Vandalorum in Africa Rege deficiens, se primus Regem appellauit anno IϽXXVIII. eumq; vti eius Insulę Regem Iustinianus Cæsar agnouit. In Hispanijs [5] Pelagius à Christianorum reliquijs, qui in Asturum montes à Sarracenis profugerant, anno IϽCCXXII. Rex Legionensis est factus [6] Cantabri Sarracenis profligatis, Nauarræ constituentes Regnũ, sceptra primum anno IϽCCCCXXV. Enequo detulerunt. [7] Canimirus se Regem Aragonię, quæ Comitatus erat antea, primum statuit, anno CIϽXVI. quod postmodum in eius successoribus habuit ratum [8] Innocentius III. Pont. Max. missis etiam regalibus insignijs. [9] Ferdinandus cognomento Magnus Regem Castellę primus se dixit, circa annum CIϽXVII. cuius antea domini, Regis Legionensis vectigales, Comites appellabantur. [10] Regnum vtriusque Sicilię circa annum CIϽCXXX. Rogerius primus Siciliæ Comes instituit, qui occupatis Calabria & Apulia, se non Comitem amplius, sed Regem iussit appellari; quod licet impugnârint primum Romani Pontifices, inde tamen comprobâuint. [11] Alphonsus etiam de quo egimus modo Rex Portugallię primus, Sarracenis profligatis, Regium nomen, à suis copijs datum sibi paucis ante diebus, assumpsit, anno CIϽCXXXIX. cum ipsius pater Comes antea, ipse nuper Dux diceretur, & Castellani Regis Maiestatem suspiceret, regiamque eius ac successorum digni-

1. *P. AEmyl. de gest. Franc. in Pharam. I. de Serres Inuentair. des hist. de Fran. in Pharam. I. du Tillet recueil des Rois de Fran. Fauchet antiquit. Gaul. lib. 2. alij.*

2. *Villelm. Malmerburien. de gest. Reg. Angl. lib. 1. c. 1.*

3. *Ibid. lib. 2. c. 4.*

4. *Procop. Vandalic. lib. 1. Fara de reb. Sardorf. lib. 1.*

5. *Roderic. Toletan. de reb. Hisp. lib. 4. c. 1. Io. Vasaus in Chronic. Alph. de Carthag. in Reg. Hispan. Anacephal. c. 45. & 69. Marian. de reb. Hisp. lib. 7. c. 3.*

6. *Roderic. Sant. hist. Hisp. part. 1. c. 12. Carthagen. eod. c. 69.*

7. *Roderic. Tolet. vbi sup. l. 6. c. 1. Rod. Sant. ead. p. 1. c. 17. Vass. in eod. Chronic. Carthag. vbi sup. c. 72.*

8. *Id. Innoc. const. 8. cum quanta.*

9. *Charthag. eod. c. 69. & c. 71. & 72.*

10. *Blond. dec. 2. lib. 5. Platin. in Innoc. II. Fazell. de reb. Sicul. dec. post. lib. 7. Pign. hist. della casa d'Este lib. 8. Sigon. de regn. Ital. l. 11.*

11. *Rod. Tolet. vbi sup. lib. 7. c. 6. Sant. ead. p. 3. c. 14. Fr. Anton. Brandan. Chron. Portugal. lib. 10. c. 13. Franc. Taraph. de Regib. Hisp. in Alphons. 6. Marian. vbi sup. lib. 10. c. 17.*

dignitatem ' Romani Pontifices recognouêre. ' Granata circa annum CIϽCCXX. titulo regio à Mauris est insignita. ; Rex Aragoniæ Iacobus, pulsis e Balearibus Sarracenis, anno CIϽCCXL. earum Insularum se Regem appellauit, dignitatem retinens in eas insulas à Mauris inuectam, qui se Reges ' dicebant. ' Dionysius Portugalliæ Rex, qui regnare cœpit anno CIϽCCLXXIX. Algarbiorum primus se Regem nuncupauit. ' Valentia Regni titulum habuitá Mauris, anno CIϽCCLXXXVIII. atque ' in Hispanijs duodecim, pluraque etiam enumerantur Regna, quorum nullum aut Pontificia, aut Cæsarea fuit autoritate institutum, quorumque se Regem ' Carolus V. Cæsar inscribebat, & ' qui hodie regnant in Hispanijs se Reges inscribunt. Ordines Hiberniæ " Henricum VIII. Anglũ Regẽ consalutârũt, cuius Insulę antea ille dominus dicebatur, qui titulus regius " à Paulo IV. Pont. Max. est agnitus tum, cum ipsi per Oratores anno CIϽIϽLV. Maria Regina debitum obsequium est professa. Ex tot igitur Regnis, quæ nostris adhuc florent temporibus, sola Polonicum, Boemicum Histriæque & Croatiæ Pontificia aut Cæsarea fuêre autoritate instituta. Cætera, si qua inde manârũt, obsoleuêre. Reliqua, quę florẽt, populi, aut Principes ipsi Regna esse iussêre ; iussorumque eiusmodi decreta in quibusdam, ipso etiam institutionis tempore, Pontifices atque Cæsares non modo non impugnârunt, sed etiam rata habuerunt. Quinimo Poloni, quamuis regio titulo, propter admissum facinus, à Pontifice Max. mulctati, vt retulimus, suos tamen Duces, propria autoritate, Reges deinde esse voluerunt. Quapropter non ideo, quod Pontifex Max. & Cæsar regia aliquando insignia contulerint, conferantque, ea conferendi ius liberis populis est ademptum, liberisue Principibus. Neque minus Suecia, Noruegia, Dania, Nauarra, Sardinia, Legio, Aragonia Castella, Portugallia, Granata, Baleares, Algarbia, & Valentia, cũ aut populi, aut Principis sui iussu Regna sint facta, ideo hac gaudent prærogatiua, quia totidem habeant Ciuitates cum

1. Innoc. III. in suis epistol. decretal. lib. 1. pag. mihi 68. Pius V. eod. constit. 89.
2. Roder. Sant. eod. p. 1. c. 15.
3. L. Marinæus. de reb. Hisp. lib. 11. Maynold. Galerat. in tit. Phil. Reg. Hisp. in c. de Reg. Maior.
4. Tristan. Calch. hist. Mediolan. lib. 10.
5. Thuan. eod. lib. 46. Mercat. in Portugall. seu Algarb.
6. Mercat. in Valentia.
7. In comment. polit. de Hisp. mihi pag. 12.
8. Abschied des Reichstags ordnung zu Nuremberg 1524. & alibi passim.
9. Iac. Maynold. Galerat. de titul. Reg. Hisp. toto volum.
10. In commẽt. Polit. de Hibern. c. 3. pag. mihi 233.
11. Pius V. eod. constit. 88.

Episcopis, quot recentiores illi postulant, vti est à nobis singillatim demostratum. Ergo non priuilegium solum Pontificis aut Desaris; non solus numerus Episcoporum in Christiana Republica Regna constituunt. Sed liberi populi etiam iussus: sed imperium etiã Principis, qui nullius maiestatem veneretur in terris, ita suam regionem appellari iubentis; neque vlla amplitudinis prouincię ratio habetur, cum non amplitudine imperij Regia dignitas, sed libera potestate nitatur,¹ qua si regatur vel vnica tantum Ciuitas, Regnum potest appellari. Potentia autem, ac Regni magnitudo, inter maiores minoresque Reges quandam statuit differentiam potius, quam superiorem, aut inferiorem gradum dignitatis designet. At quoniam à nemine legem accipiat Rex necesse est omnino;² qui vero tenuiores sunt viribus, etiamsi nullius maiestatem reuerentur, propter imbecillitatem nihilominus, finitimis Principibus quodammodo obedire coguntur, Regia dignitate, non immerito forsan, à Iureconsultis fuère spoliati, ne præ imbecillitate Regis augustissimum nomen iniurijs obijciatur. Quamobrem rationi maxime consentaneũ esse videtur statuere, vt Regis nomen non mereatur ille Princeps, qui pro amplitudine Regionis, populique frequentia, bellum sustinere, atque hostium vim repellere non possit, ad quę habilẽ atque idoneũ illũ Principẽ esse censuerunt Iureconsulti, qui prouinciam, hoc est decem aut duodecim Ciuitates cum Metropolitana, possideret. Et quoniam totidem Ciuitates cum Episcopis in plerisque Christianę Reipublicæ Regnis, etiam ijs, quæ eiusmodi titulum ex priuilegio non vsurpant, nequaquam esse demonstrauimus, consequens est, vt prouinciam & Ciuitates aliter determinemus: Cum igitur Regna iure gentium fuerint condita, debet idem ius esse τὸ κριτήριον, quo in hac inspectione vtamur: tum maxime, cum prouinciarum diuisio multo ante Christi aduentum, & ante Episcoporum institutionem tempore facta³ iure gentium sit.

Neque

1. D. Thom. de regim. Princ. lib. 1. c. 1. in fin. Ang. eod. num. 10. & seq. Cagnol. in l. 2. nu. 256. ff. de orig. Iur. Aretin. in c. constitutus. 2. de testib. Dec. eod. num. 3. & in eod. c. cum causa.

2. Torq. Tass. dial. della dignità:

3. C. Prouinciæ & ibi glos. prima. 98. dist. Bart. in ead. lex hoc iur. nu. 4. & in extr. qui sint rebell. §. Lombardiæ. nu. 2. & ibi add. & in l. siue autem. ff. de nou. op. nunc. & ibi Alex. in addit. Add. ad Dec. in ead. l si eadem ad tit. A.

Neque ea,[1] quę à Iuris Pontificij interpretibus assignatur provinciarum determinatio, quę pro Diœceseon distinctione fuit excogitata, ad Regnorum constitutionem est traducenda. Iure itaque gentium, aiunt[2] alij, vnamquamque prouinciam, secundum communem loquendi vsum, appellari, veluti Liguriam, Longobardiam, Tusciam, cæterasque. Volunt[3] alij singulas Ciuitates, quæ distinctum habent territorium, quæque suprema fruuntur potestate, prouincias nuncupari. Sed mea quidem sententia melius arbitrantur[4] alij, antiquam esse distinctionem prouinciarum, ita videlicet comparatam, vt omnes Ciuitates, quę suberant vni Præsidi, & vni Metropolitano, simul constituerent prouinciam, & iuxta hunc ritum durare adhuc nomina prouinciarũ opinãtur. Confirmant hanc opinionẽ diuisiones factæ ab Augusto, Constantino, ac demũ á Carolo Magno, ex quorum vltimi pręscripto adhuc prouinciæ pleræque in Italia appellantur. Metropolis autem, quamquam more cõmuni ac vulgato, ea dicatur Ciuitas, quæ habet Archiepiscopũ, hic tamen mos ad ius Pontificiũ est accõmodatus, cũ iure ciuili ac gentiũ sit secus. Tres etenim sunt ordines Ciuitatũ[5] (omissa prolixiori disquisitione, quid hoc nomine intelligerent veteres Latini)[6] quarũ alię Maximæ, alię Magnę, Paruæ alię dicuntur. Maximæ sunt, in quibus forum est causarum, cui alię subsunt merum habentes imperium; Magnæ, quæ hoc imperio insignes, alijs non præsunt; Paruæ, quę huiusmodi carentes imperio, solam habent iurisdictionem, quæ defensoribus Ciuitatum conceditur. Maxima igitur Ciuitas prouincię, Metropolitana vocabatur[7] siue á mensura, siue[8] quasi μήτηρ πόλις. Hinc factum est, vt sedes Patriarchalis & Archiepiscopalis Metropolitana Ciuitas appelletur, quod ab illa pendeant plures Episcopi, mero vtentes imperio; sedes verò Episcopi Ciuitas dicatur, non Metropolis. Cum itaque posuimus, Ciuitates omnes, quæ subsunt vni Præsidi, ac Metropolitano, simul prouinciam constituere, non intelleximus ideo, Patriarcham aut Archiepiscopum

1. Cyn. in l. fin. C. de long. temp. præscr. n. 5.

2. Host. in c. nonnulli de rescri. Cyn. eod. nu. 5.

3. Gl. in ead. l. fin. in v. idest. & ibi Cyn. eod. nu. 5. sequitur Bart. in l. vnic. C. de Metrop. Berytonu. 4. lib. 11.

4. Bart. eod. n. 4. ex l. Illicitas. §. qui vniuersas. ff. de off. præs.

5. De hoc Cic. 1. de Rep. & de somn. Scip. & pro Sest. Non. Marcell. de diff. signif. dict. Perott. in epigr. 2. Martial. pag. mihi 121. late Girol. Maggi della fortificat. c. 1.

6. Bart. in ead. l. vnic. nu. 1. & seqq.

7. Isid. 7. Etym. c. 12. c. Cleros. 21. dist.

8. Bud. annotat. ad l. obseruare. ff. de off. procons.

piscopum in ea prouincia esse debere. Sufficit enim Metropolitanus Pręses, qui e Metropoli Ciuitatibus alijs magnis aut paruis ius dicat. Ciuitas verò, quamuis [1] proprie, secundum communem nostrorum temporum vsum, dicatur is locus, cui præest Episcopus; cum tamen [2] ante Episcoporum institutionem iure gentium Ciuitates extarent, & extra Christianam Remp. extent quamplurimę sine Episcopis, huiusmodi denominatio ab Episcopo deduci non debet. Agnoscit hoc vel ipsum [3] Ius Pontificium, dum iubet paruis Ciuitatibus Episcopos non esse præficiendos. Conuenit igitur inter iuris Ciuilis interpretes, vt aperta loca, quæ vijs, non muris clauduntur, [4] vici ac villæ: quę muros habent quidem, sed carent iurisdictione, castra & oppida: quæ autem mœnibus clausa, iurisdictionem exercent, Ciuitates appellentur.[5] Definiunt ergo nonnulli, Ciuitatem esse locum muris cinctum, veterum autoritate ita nuncupatum, cuius legibus parêre debeant castra in eius territorio constituta. Atqui non solum quas veterum nuncupauit autoritas; [6] verum eas quoque, quas Principis voluntas eiusmodi esse constituit, vel ipsi habitatores declarant, etiamsi foro causarum sint destitutæ, Ciuitates esse confirmant frequętiores Iureconsulti. Loca [7] verò, quę habent Episcopum, tametsi vicos oppidaque non regant, ob iurisdictionem tamen Episcopalem Ciuitates vocari omnes admittũt. Quod si hæc sola loca Ciuitates diceremus, fuisse nullas ante Episcoporum institutionem,[8] in Sarracenorum, & Idololatrarũ terris nullas esse;[9] Ciuitatem Episcopo priuatam, Ciuitatis nomine etiam spoliatam esse, falsa nempe & absurda, fateri cogeremur: si admittamus,[10] Ciuitatem esse locum muris cinctum, absque iurisdictione, castra omnia oppidaque Ciuitates faciemus: si veterum in hac denominatione solam autoritatem sequamur, nouas erigendi Ciuitates liberis

popu-

1. Not. in c. prouincia 98. dist. Frid. Imp. in const. de pac. Constant. Ias. in l. si heres iussus. §. vicis. nu. 34. et seq. ff. de leg. 1.

2. C. Episcopos 68. dist. Bart. in l. 2. ff. de verb. sign. n. 7. & ibi addent. ad lit. I. & k. Bald. in ead. l. ex hoc iure n. 34. & seq. & in l. si in aliquam nu. 2. ff. de off. proc. & leg. Ias. in eod. §. vicis n. 5. pulchre Abb. in c. 1. de priuil. & ibi add.

3. c. 1. de priuil. c. Episcopi. 80. dist. Ias. vbi sup. nu. 6.

4. Gl. in eod. §. vicis. in verb. vicis, et ibi Bart. & Ias. n. 4. Idẽ Bart. in l. fin. in 2. col. ff. de Col. reg. illic. Bald. in ead. l. ex hoc iure nu. 34. & seq.

5. Bald. eod. nu. 34. fuse Ias. vbi sup. nu. 5.

6. Bart. in ead. l. vnica. n. 3. & in ead. l. 2. ff. de verb. sign. nu. 7. & ibi add. eisd. l. I. & K. not. in l. si duos §. pen. ff. de excus. tut. Bald. eod. n. 34. & ead. l. si in aliquã eod. n. 2.

7. Alex in addit. ad Bart. ad eand. l. 2. iisd. lit. I & K.

8 Bald. eod. nu. 2.

9. Ibid. & Bart. in ead. l. vnic. eod. nu. 3.

10. Ead. l. 2. ff. de verb. sign. c. si Ciuitas de sent. excom. in 6. Bart. in l. fine autem ff. de non. op. nunc.

populis ac Principibus facultatem præcidemus, qui non Ciuitates modo, sed Regna integra, vt ostendimus, constituendi ius habent. Statuendum est igitur, Ciuitatem esse locum, qui cinctus muris iurisdictionem exercet, siue à Principe, siue á populo Ciuitatis nomine fuerit illustratus. Qui Regnum igitur volunt integram esse prouinciam, & in hac decem, aut duodecim Ciuitates cum Metropolitana contineri, si eiusmodi ciuitatibus sunt contenti, quales iure gentium esse descripsimus, ipsique videntur innuere, cum de Episcopis non faciant mentionem, acu ferme rem tangunt. Licet enim, veluti suspicor, in Algarbiorũ, Valentiæ, Cordubæ, Balearium, alijsque forsan Regnis, ne adhuc totidem sint Ciuitates huiusmodi, adeoque numerus ille Ciuitatum Regno dici non possit omnino necessarius, quo tamen Reges distinguantur à Regulis, hanc opinionem admittere non recusamus. Probatum itaque est florentium nostris temporibus Regnorum exemplis, Regnum ex Episcoporum numero non pendêre, Regiamque dignitatem, ac Regalia insignia á Summo Pontifice, á Cęsare, à libero populo tribui & conferri, legitimeque ab eo Principe assumi, qui alterius vectigalis non sit. Porrò, iuxta allatam recentiorum opinionem, admittimus, in Regno legitime constituendo, (nam de ijs, quę priuilegio nituntur nihil determinamus) non Maiestatis solum munerisque regendi, vt olim, habendam esse rationem, sed etiam potentię; atque adeo Regnum esse prouinciam constantem ex decem, aut duodecim Ciuitatibus, cuiusmodi descripsimus, cum Metropolitana; Regem autem esse Principem qui istiusmodi prouinciam legitime possideat.



De

*De dignitate Regia: De Maiestate, at regijs insignijs. Regia dignitas à quibus, & quibus tribui possit.*
*Cap. III.*

QVI dignitatem ' statuerunt esse honorem alicui Principis aut legis beneficio impensum, tametsi de inferioribus dignitatibus locuti esse videantur, Regiam tamen etiam sua definitione comprehenderunt, si Principis ac legis beneficio id concessum dicamus (neque enim negari potest) quod est à Iure gentium, iussuq; populi profectum. Regia namque dignitas (omissis quę de ea, Regisq; officio disputat ' Plato) definiri potest: Honos à populo, aut ab alio ius habente delatus, per quem ea dignitate ornatus, cæteris eiusdem gentis imperet secundum leges. Et quoniam ' nullis reddēdis rationibus Reges oportet esse subiectos, quare & summā eorū esse potestatem necesse est, vt pręmisimus; ideo regia dignitas, Maiestas, quasi maiorem ' statum, seu ' potestatem, diceres, deducto à ' magnitudine nomine, consueuit appellari. ' Peculiaris est hęc Cæsaris, eorumque Regum, qui nullius clientes alios regunt, neque Principibus ' alijs, qui alterius sunt vectigales, aut inferiores sunt Regibus, potest aptari, qui iura Maiestatis, summæ videlicet potestatis, non habent. Hinc Latini, ' qui verborum ac rerum puritatem consectabantur, in magistratibus imperium, autoritatem in Senatu, Maiestatem inesse dicebant in populo; qui solus nullis reddendis rationibus obnoxius, summa fruebatur in Romana Rep. potestate, quique sciscere solus, ac iubere dicebatur. Erat igitur '' Maiestas magnitudo quædam populi Romani in eius potestate ac iure retinendo, adeoque amplitudo dignitasque Imperij, atque vniuersi illius Populi, aut Ciuitatis alterius. Tum in Cęsares translata populi Romani autoritate, Maiestas Imperij fuit. '' Hinc Horatius.

*Per quas Latinum nomen, & Italę*

1. Bart. in l. 1. à nu. 75. C. de dign. lib. 12. Alciat. in l. si quis in cōscribendo nu. 11. C. de pact.
2. De Regno.
3. Sup. c. 1. & 2.
4. Alberic. in diction. in verb. Maiestas.
5. Bellamer. in Clem. Pastoralis. de re iud. in 1. opposit. & in cons. 15. n. 7. Barbat. cons. 34. n. 4. & cons. 70. nu. 30.
6. Festus.
7. Bellamer. eod. n. 7. Bod. de Rep. lib. 1. c. 10.
8. Bod. eod. lib. 1. c. 9. V. infra c. 10.
9. Cic. pro Rabir. perduell. reo. & in Philipp. 3.
10. Cic. Partit. orator. & de orat. lib. 2.
11. Carmin. lib. 4. od. 15.

Cre-

*Creuêre uires; famaque, & Imperi*
*Porrecta Maiestas ad ortum*
*Solis, ab Hesperio cubili.*

Cæsar item habuit Maiestatem. Idem [1] Lyricus ad Augustum — 1. Epist. lib. 2. ep. 1.

*———————— sed neque paruum*
*Carmen Maiestas recipit tua.*

Romani quoque exercitus milites, postquam imperium dare consueuerunt, Maiestatem habere dicebantur, vel ipso [2] fatente Valentiniano Augusto. Sed hanc quasi è cœlo concessam Regibus veteres Honoris ac Reuerentiæ filiam esse finxerunt. — 2. Amm. Marcellin. l. 27.

[3] *Post Chaos, ut primum data sunt tria corpora mundo,* — 3. Ouid. fast. lib. 5.
*Inque nouas species omne recessit opus;*
*Pondere terra suo subsedit, & aequora traxit;*
*At Cœlum leuitas in loca summa tulit.*
*Sol quoque cum stellis nulla grauitate retentus,*
*Et vos Lunares exiluistis equi;*
*Sed neque terra diu cælo, neque cætera Phœbo*
*Sydera cedebant; par erat omnis honor.*
*Sæpe aliquis solio, quo tu Saturne sedebas*
*Ausus de media plebe sedere Deus.*
*Et latus Oceano quisquis Deus aduena iunxit.*
*Et Thetis extremo sæpe recepta loco est.*
*Donec Honor, placidoque decens Reuerentia vultu*
*Corpora legitimis imposuêre thoris,*
*Hinc sata Maiestas, quæ mundum temperat omnem,*
*Quoque die partu est edita, magna fuit.*
*Nec mora: consedit medio sublimis Olympo,*
*Aurea purpureo conspicienda sinu*
*Consedêre simul Pudor, & Metus; omne videres*
*Numen ad hanc vultus composuisse suos.*
*Protinus intrauit mentes respectus honorum;*
*Fit precium dignis, nec sibi quisque placet.*

Eo scilicet Poetarum erga Reges processerat adulatio, vt illis inesse diuinitatem prędicarent. Atqui diuinam illam Maie-

stattem,

ſtatem, quæ Omnipotentem Opificem circumfundit in Cælis, religioſe colentes e terris, eam cum hac terrena Regum miſcere in animo non habemus. Quamobrem ea Maieſtatis genera, quę à' Iureconſultis recenſentur, Dei ſcilicet, Imperatoris, Prætoris ac Populi Romani, veluti præter propoſitum omittentes, de ſola Regum Maieſtate diſſeremus. Hanc vt redderent veteres magis conſpicuam priſcis temporibus, pro inſignijs haſtas ſuis Regibus' dederunt. His non contenti deinceps, quo ſumma hæc poteſtas, apparatu atque ſplendore externo, populis ob oculos poneretur, 'tributa ſunt Regibus Thronus eburneus, aurea corona, ſceptrumque, &' purpurea veſtis, ac triumphalis, vt aduerſus ornatam Maieſtatem maior adhiberetur reuerentia. Noſtri vero temporis Reges, Throno eburneo omiſſo, aulęis ſtratum vſurpant, & enſem veteribus inſignijs addidêre; Chriſtianique inſuper ſceptro Crucem impoſuêre. Romano Germanici Imperatores pręterea appingunt lanceam, ac globum, quo in vniuerſum orbem denotatur Imperium,

*'Vt ſcriptura tonat: Crux:' enſis,' ſceptra,' corona*
*Lancea, palla, bona nobis inſignia donant,*

'Annulum addunt alij, atque " armillam, omnia Regum inſignia, & ornatus; quodque ad Coronam ſpectat; cum criſtę dudum ſolæ, radijque circulo eſſent appoſiti, quibus incrementum Reip. & Rex ſignificabatur Auguſtus,

*Dicitur auguſta ciclo ſuperaddita criſta,*
*Publica res aucta plene monſtratur in iſta.*
*Qui Diadema gerit, victor & auctor erit.*

" Franciſcus eius nominis primus Galliarum Rex, æmulatus Carolum Quintum Cæſarem, coronamque Cęſaream, duos Hemicyclos ſuæ coronę radijs criſtiſque adiunxit, qui ſibi occurrentes in vertice, ac ſeſe inuicem ſecantes, vtrinque ęquales angulos rectoſque efficiebant; indicium, vt volunt, ſupremi Imperij ac Maieſtatis. Neque enim ſe Rex ille

1. L. pen. ff. de iuſt. & iur. Bud. conſ. 59. nu. 1. lib. 1. Socin. in l. ſi familia in 3. notab. ff. de iuriſd. omn. iud. et ibi Cl. de Seyſſel. in 2. not. Alciat. in l. 1. num. 22. C. vt nem. priu. tit. 10. Redin. de Maieſt. Princ. in princ. nu. 19.
2. Iuſtin. ex Trog. lib. 43.
3. Dionyſ. Halyc. antiq. Rom. lib. 3. Corn. Tacit. Annal. lib. 4. & ibi Iuſt. Lipſ. Polyd. Virg. de Inuent. rer. lib. 2. c. 3.
4. C. Conſtantinus 96. diſt.
5. Gotfrid. Viterb. in Chronic. part. 19.
6. Paul. ad Rom. c. 13. 23. q. 5. §. 1. & c. non ſolum.
7. Eod. c. Conſtantinus. & 24. q. 5. c. Regum.
8. Eod. c. Conſtantinus. & c. duo. 13. quæſt. 5.
9. Luca. c. 15. c. noſtrates. 30. quæſt. 5.
10. Ezechiel. c. 16. Anton. Corſett. de pot. Reg. part. 2. n. 15. Alph. Alu. Guerrer. ſpec. vniuſque dignit. c. 54. nu. 13.
11. Trattat. del tit. Reg. de Duc. di Sauoia. pag. mihi 81. Giannot. ad eund. tractat. pag. mihi 108.

ille profitebatur magis alterius cuiuscumque Maiestatem reuereri, quam Cæsar. Fecêre idem plerique alij Principes Regiam dignitatem profitentes. Sunt igitur, erantque Regia insignia, atque ornatus eiusmodi, atque ijs Romana Resp. dum floruit, eos donabat, quos Reges esse volebat. Instituendorum siquidem ac deponendorum Regum sibi Populus Romanus ius [1] vindicauit, quâ Imperij fines propagauerat, perinde atque dudum [2] Magnus Alexander Macedonum Rex Abdolominum Sidone aliosque in Perside, & India Orientali Reges constituerat. Ita [3] Scipio Masanissam primùm Regem appellatum, eximijsque ornatum laudibus, aurea corona, aurea patera, sella curuli, & scipione eburneo, toga picta, & palmata tunica donauit; addito verbis honore, neque magnificentius quidquam triumpho apud Romanos, neque triumphantibus ampliorem eo ornatu esse, quo vnum omnium externorum dignissimũ Masanissam Populus Romanus donaret. [4] Sic Ariouistus à Senatu Romano Rex appellatus & amicus, munera tulit amplissima; cuiusmodi Regibus dari consueuerant. [5] Ægypti quoque Regi Ptolemæo, repetito more vetusto, quemadmodum [5] Tacitus narrat, missus è Senatoribus, qui scipionem eburnum, togam pictam, antiqua Patrum munera daret: Regem ac socium, & amicum appellauit. Notabilis est solennitas, qua Tyridatem Armeniæ Regem Nero Cæsar corona redimiuit. [6] *Dispositis* namque *circa fori templa armatis cohortibus, curuli residens apud rostra, triumphantis habitu, inter signa militaria atque vexilla, primo per deuexum pulpitum subeuntem admisit ad genua, alleuatumque dextra exosculatus est; dein precanti, tiara deducta, diadema imposuit; verba supplicis interpretata prætorio viro multitudini pronunciante. Perductum inde in theatrum, ac rursus supplicantem, latere dextro collocauit.* Et quamuis olim eiusmodi tantum decorarentur insignijs, ac nomine regio, [7] qui multis officiorum gradibus erant bene de Romana Rep. meriti, vti Gallogręciæ Rex Deiotarus, & de quo modo diximus

1. Cic. epist. lib. 9. epist. 15.
2. Q. Curt. de gest. Alex. lib. 4. 7. 8.
3. Liu. lib. 3.
4. Cæs. de bell. Gallic. lib. 1.
5. Eod. lib. 4.
6 Sueton. in Neron. c. 13.
7. Cic. pro Reg. Deiot. Cæs. eod. lib. 1. Liu. lib. 31.

Masanissa; aucto tamen imperio, cum Romanus Populus Regibus, etiam victis, regna ' soleret restituere, complures deiectos solio, in sedem ac dignitatem regiam iterum collocauit, veluti ' Nabin Lacedæmoniorum, & Philippum Macedonum Reges, non tamen prius 'quam petita venia, ac pace impetrata, Populoque Romano amici effecti, essent de Rep. benemeriti. Regulos etiam, acceptos in fidem, ad regiam dignitatē prouehebāt, ' veluti eos, qui aduersus Carthaginienses sibi præsto fuerunt in Hispanijs, Reges appellauit Scipio. ' Antonius in Parthos ducens, Regulos ac Satrapas, qui certum tributum pēderent, arbitratu suo diademate regio cohonestauit, constituens Reges Darium Pharnacis filium Ponti, Idumæorum Samaritarumque Herodem, Amyntam Pisidarum, partis Ciliciæ Polemonem, aliarumque gentium alios. Sic ' Augustus Herodem Iudęę, eiusdemque Regni deinceps ' Tiberius Agrippā, atque Armeniç ' Tigranem, inde Nero eiusdem Armeniæ Tyridatem eum, de quo diximus, Decebalum ' Domitianus Dacarum, Germanorum quempiā cuius nomen nō refertur " Hadrianus, Iustinianus " Zatim Lazorum, itemque Sarracenorum " Aretham, plurésque alios Reges, alij Cęsares fecēre. Quin erant Romani regna vendere soliti adeoque scribit " Cicero, Ariarathem Ariobarzanis filium, iter Romam facere cogitâsse, vt Regnum aliquod emeret à Cæsare, " obijcitque P. Clodio, in ipsius Tribunatu venales fuisse Regum appellationes, & " Suetonius refert C. Iulium Cæsarem regna pretio dedisse: adeoq; sui iuris esse regia tribuere insignia putârūt Romani, vt si quis amicorū Regū diadema suscepisset ab alio, quā ab Imperatore Romano, sibi fieri putarent iniuriā, ideoq; " Traianus Armenijs bellū intulerit ac Parthis, quod illorū Rex ab horū Rege coronā accepisset. Verumtamē non poterant isti veri Reges appellari, qui non in clientela modo Romani populi essent, à quo Regnum acceperant, sed eius Imperatores etiam atque ciues colerent, quasi Deos. Octauiano Augusto Cæsare, amici Romano populo Reges

1. Cic. pro Sext.
2. Liu. lib. 37
3. Id. eod. lib. 31.
4. Id. eod. lib. 37.
5. Appian. Alex. de bell. ciuil. lib. 5.
6. Niceph. l. 1. c. 9.
7 Euseb. lib. 2. præp. euang. c. 4.
8. Sueton in Tib. c. 9.
9. Dio in eclog. de legat.
10. AEl. Spartian. in Hadrian.
11. Agath. lib. 3.
12. Procop. Persic. 1.
13 Ad Attic. lib. 13. Epist. 2.
14. In orat. pro domo sua.
15 In C. Iul. Cæsar. c. 54
16. Xiphilin. ex Dion. in Traian.

ac ſocij, hoc eſt clientes & vectigales, in ſuo quiſque Regno ſinguli Cęſareas vrbes [1] condiderunt, & cuncti ſimul dudum inchoatam Athenis Olympici Iouis Ædem, communi ſumptu perficere, genioque Auguſti dedicare ſtatuerunt; atq; huic relictis ſępe Regnis, nō Romę modo, ſed prouincias etiā peragranti, quotidiana officia ſine regio inſigne, cliētum more pręſtiterunt. Hinc Rex Numidię [2] Adherbal Romanorum ſe procuratorem appellabat. [3] Eumenes Pergami, fuſo mortuoque Mithridate Romam venit, ac pileum libertorum more geſtans, acceptam Populo Romano libertatem tulit. Pruſias vero Rex Bithynię, quamuis ęquo fœdere Romanorum ſocius, deoſculari limen conſueuit, quoties Senatum ingrederetur. [4] Reges multi, habitu Romano ſponte, non Auguſtum modo, ſed [5] Lucullum etiam, ac Pompeium pedibus proſecuti ſunt, dum illi in vehiculo aut equo veherentur. Indignæ mehercle regia grauitate aſſentationes! quę tametſi ſponte vltroque pręſtita quodammodo eſſent obſequia, ideoque aut [6] parum, aut nihil de Maieſtate decerpere videri poſſent, cum ijs clientelæ ſacramentum non eſſet adiectum, regio tamen nomini, ac dignitati aduerſantur. [7] Quod ſi iuſiurandum ab ijs non exigebant Romani, quaſi comprobantes, regio prorſus non eſſe dignum nomine, qui ſacramento alterius fidei eſſet adſtrictus, tributa nihilominus imponebant, Regnoq; eos ad arbitrium ſpoliabant, ac reos etiam quandoque apud Senatum, apud Populum cauſam dicere compellebant. Hanc conſtituendorum & deponendorum Regum facultatem Romano Germanici Cęſares, veluti iuri Romani Imperij annexam, retinuerunt; ideoq; [8] Ludouicus Pius filios Pipinum Aquitaniæ, Ludouicum Bauariæ Reges fecit. [9] Fridericus primus Petro Daniæ domino enſem & coronam ſimul cum titulo regio miſit. Auſtriæ [10] Ducem alter Fridericus Regio diademate redimiuit, eumque iterum, cum ad Maieſtatem videretur aſpirare, ea dignitate ſpoliauit. [11] Carolus IV. Auſtrię Ducem, Longobardię Regem deſignauit.

1. Sueton. in Octau. c. 60.
2. Salluſt. in bell. Iugurth.
3. Bod. de Rep. lib. 1. c. 9.
4. P. Diac. lib. 7.
5. Plutarch. in Lucull.
6. Bod. eod. c. 9.
7. Ibid.
8. Blond. dec. 2. lib. 2.
9 Tritem. c. 17. Bod. de Rep. lib. 2. c. 3.
10. Volfgang. Laz. in Vienna Auſtriæ. Bod. eod. c. 3.
11. Matt. Villan. Chronic. lib. 8. c. 98.

gnauit. [1] Sigiſmundus Vitoldo Lituaniæ Duci Regum inſignia conceſſit, quibus tamen ille vti, & á morte, & à Polonicis ordinibus eſt prohibitus. Sic Boemia, ſic aliæ prouinciæ relatæ ſuperius ad Regni faſtigium dicuntur euectę. Neque ſecius Sūmi Pōtifices hac poteſtate ſunt vſi. [2] Hadrianus etenim primus Caroli Magni filios, Pipinum, & Ludouicum, hunc Aquitanię, illum Longobardię Reges creauit. [3] Gregorius ſeptimus Hiſtrię atque Croatiæ Regem, miſſis corona ſceptroque ac vexillo, Demetrium conſtituit, idemque Gregorius [4] Poloniam regia dignitate mulctauit. [5] Emericus etiam Luſignanus à Romanis Pontificibus Inſulæ Cypri Rex eſt appellatus, alijque á nobis iam relati nonnulli. Quid de Portugallię Regibus dicam? Quid de eorum Ducibus, qui in Orientali India Regum deponendorum conſtituendorumque ſibi aſſumpſerunt autoritatem? [6] Franciſcus de Almeida, vice Portugalliæ Regis in ijs partibus imperans, Quiloę, Cochini, Sofalæ alibique, deiectis antiquis alicubi, nouos Reges pręfecit. [7] Luſitanus arcis Ormuzij pręfectus, quandocumque eius Inſulę Rex migraret è viuis, ſucceſſorem deſtinare erat ſolitus, eumque Regis Portugalliæ nomine donatum ſceptro, Regem appellare. Magnus Æthiopum Negus, ſuos etiam Reges ad arbitrium creat, ac deponit. Qui in Iaponijs ſunt Reges, licet ex nutu pendeant illarum Inſularum Imperatoris, à Summis Pontificibus nihilominus loco Regum ſunt habiti, dum eorum Oratores Romæ in aula regia, prout narrant [8] hiſtoriæ, fuerunt excepti. Sed iure quidem Summus Pontifex ac Imperator inſtituunt Reges [9] vt diximus. De aliorum facultate diſceptare meum non eſt. Sane ab alio adepti dignitates, cùm ab accipiente dantis pręcellentiam agnoſci neceſſe ſit, ſuo iuri detrahunt potius, quam Reges fiant. Reguli Indorum, impoſitis á Luſitanis arcibus, vix adminiſtrationē quandam Reip. habent reliquam, & non à Rege ſolum Portugallię, ſed ab ipſius quoque miniſtris ſolio deijciuntur. Æthiopum Reguli ſerui ſunt Negi, & qui apud Iapones dominan-

1. *Pius II. in Europ. ltet 26.*

2. *Annal. rer. geſt. à Carol. Magn ſub Ann. 781.*

3. *Bod. eod. c. 3. Thuan. Hiſt. l. 46.*

4. *Cromer. rer. Pol. lib. 4.*

5. *Ant. Mar. Gratian de bello Cypr. lib. 1. Boter relat. vniuerſ. part. 1. vol. 2. l. 4.*

6. *Fernād. Lopez de Caſtagn. hiſt. Ind. Orient lib 2. c. 3. & 19. & 29 & alibi.*

7. *Caſar de Fedricis in ſuo Itin. ad Ind. Orient. cap. de Ormuz. Gaſpar Balby. in il iter. ex Alep. ad Regn. Pegu. c. 13.*

8. *Relat. e ſuper. pag. 26. nu. 4.*

9. *Ibid. pag 22. nu. 5. & ſeqq.*

minan-

minantur, sui Imperatoris Maiestatem reuerentur, quæ omnia regię dignitati maxime refragari docuimus. Qui autem á Summo Pontifice, atque Imperatore ad huius dignitatis apicem sunt euecti, propter autorum supremam potestatem, loco Regum sunt habendi, ex priuilegio tamen, cum præsertim potissima eorum pars alterutrius sint clientes, quod solum alias regiam dignitatem, ac prerogatiuas adimeret, veluti Lotharingiæ, seu Austriasiæ, ac Burgūdię Regibus, cum in clientelam Romano Germanicorum Cæsarum se contulerunt, esse legimus ademptas. Non negamus itaque Pontificis Max. Cæsarisue beneficio Reges posse constitui; sed per hanc eorum facultatem non est populorū, qui nullius reuerentur Maiestatem, iuri detractum, quominus illi Regem sibi quoque possint eligere. Qua de re cum superius abunde satis actum sit, argumenta & exempla hic repetere operæprecium esse non putamus. Atqui iussu populi constituti Reges, verè eo nomine frui mihi videntur, qui reddendis rationibus suę administrationis vni Deo sunt obnoxij. Atque hic Reges eligendi mos, tum statim fuit in vsu in prima Regum institutione, tum iure nititur suprema populi potestate, tum consuetudine, ac vsu confirmatus est, sicuti in plerisque etiam Christianæ Reip. Regnis obseruatum fuisse demonstrauimus. Populo igitur ac Principi superiorem, vt aiunt, non recognoscenti, facultas est, Regna Regesque sibi constituendi; quod cum optimo iure niti, tum inueterata, & non intermissa consuetudine receptum est. Eos autem qui legitime possident Regna à populis constituta, veros esse Reges compertum est, cum ne nudum quidem titulum precario obtineant. Verumtamen, Principes, qui à populo ad regię dignitatis fastigium sunt promouendi, quiue se volunt Reges appellare, primum iura maiestatis habere, & nemini oportet esse subiectos, cum alioquin nouos titulos, hunc maxime Regium, qui supremum Principem, ac nemini obnoxium designat, assumere inuito Domino non possent. Cum pręterea admiserimus

haben-

habendam quoque esse potentiæ rationem ; prouinciam saltem legitime possidere debent, qua decem aut duodecim, cum Metropolitana, contineantur Ciuitates, cuiusmodi de iure gentium esse descripsimus, quo bellum sustinere, & finitimorum Principum iniurias repellere proprijs viribus possint, quibus non egent Reges, qui ex priuilegio, & vectigales sunt, cum à superiore Patronoque defendantur. Ac tales quidem Principes esse oportet, quibus à libero populo regia dignitas tribuatur, quæ veluti ab habente potestatem tributa, secum etiam defert Regias prærogatiuas, vt eam sic adeptus, ijs omnibus fruatur, quibus Reges alij frui possunt. Quod si liber quispiam populus, & nullius Imperio obnoxius, temporarijs Magistratibus, siue etiam perpetuis, omisso Regis nomine, Reip. credere gubernacula, quam Regiæ potestati subesse malit, si legitime Regnum populus ille possideat, quantum descripsimus, regia quoque dignitate præfulget, cum ista liberi populi ac Resp. non secius fruantur ac Principes, qui regnant soli: veluti fuse solidissimis rationibus executi sumus initio.

*In Genuensis Reipub. ditionem legitime olim fuisse Regna redacta, eique Reges factos vectigales.*
*Cap. IV.*

HIS hoc pacto determinatis ac positis, videamus iam de Genuensis Reip. dignitate quid statuendum sit. Ex relatis igitur à nostris Annalibus exterisque scriptoribus, de Genuensium potentia, & victorijs, atque amplissimo imperio mari terrâque, liceat huc transferre nonnulla, quibus Genuensem Remp. demonstremus Regna obtinuisse legitimè, Regesque vectigales, ac tributarios habuisse. Primum itaque cum anno ab orbe redempto CIↃCLXIV. Genuenses Barissonem Arboreæ (pars ea Sardiniæ est) Iudicem, vt appellabant tum, Friderico Ænobarbo Cęsari commendâssent, quem ille Sardiniæ Regem eligeret,

geret, [1] fuissetque Ticini á Cæsare Barisso regijs insignijs auctus, [2] memor is acceptorum á Genuensibus beneficiorum, qui ingentem auri vim pro se aduersus Pisanorum conatus sustinendo profuderant, quique sępius cum illis eamdem ob causam manus contulerant, se vectigalem clientemque illorum, Reip. [2] sacramento adiecto, constituit, cuiusmodi Comita & Marianus eius decessores fuerant; recipiens inter alia, se regiam domum extructurum Genuę, seque eò, tertio quoque anno venturum, annuumque tributum quadringentarum marcarum argenti Reip. soluturum. Eadem & iurârunt & obseruârunt [3] Petrus atque Hugo, ille Barissonis filius, hic Nepos, alijque deinceps, qui post Barissonem Sardinię Arboreæque sceptrum tenuerunt, donec anno CIƆCCCLIV. Aragonij, pulsis Nostris, illos Regni beneficium à se accipere [4] cōpulerunt. Omittam in pręsentiarum Emanuelem Comnenum Gręcorum Cęsarem, qui anno CIƆCLV. recepit, se soluturum quotannis in perpetuum Genuensi Reip. *quingentos perperos* (genus id monetæ) *cum duobus deauratis pallijs*, vt habent ipsæ [5] tabulæ; Archiepiscopo verò Genuensi, *perperos sexaginta, pallium deauratum vnum*. Omittam Michaelem Palæologum Cæsarem itidem Gręcorum, qui anno CIƆCCLXI. eadem, quę Emanuel, [6] recepit. Omittam Narbonensis Ducis Raimūdi Oratorum [7] donationem illam, qua ij, nomine sui Ducis, Massiliam, vniuersamque ferme Narbonensis prouincię orā maritimam, anno CIƆCLXXIV. Reip. Genuensi cesserunt. Ambiguum namque est, an eorum Cæsarum præstationes annuę potius essent dicendę pensiones, quam tributum, quas illi penderent Nostris, quo eorum potentia ab hostibus defenderentur; Narbonensium autem Oratorum donationem non legi eorum Ducem fuisse executum. At Galatam Smyrnamque vrbes: Insulas Chium Tenedumque ac

Mityle

*1. Tristan. Calch. hist. Med. l. 2. Sigon. de Regn. Ital. lib. 13. Vbert. Foliet. hist. Gen. lib. 2. sub ann. 1164. & alij Augusl. Iustin. & Annalium nostrorum scriptores reliqui.*

*2. Extat hoc Sacrament. in Tabul. public. Palatij in lib. 1. Iur. Reip. pag. 94. & refertur à Frideric. Frideric. in apostill. ad epistol. à se script. ad Gasp. Scioppium edit. Genuæ ann. 1641. nu. 23*

*3. Extant hārū Regum Sacram. ead. pag. 94. & referunt. eod. num. 23.*

*4. Matt. Villan. in Chronic. l. 4. c. 34*

*5. Extan. in eod. lib. 1. Iur. pag. 225. & referuntur ab eod. Frideric. in eisd apostill. nu. 68 Caphar. annal. Gen. M. S. sub ann. 1154.*

*6 Extant tabulæ in eod. tabular. in libro, cui titul. Dispositio scripturarum pag. 28. & referunt. eod. n. 68. Gio. Villan. Chron. lib. 6. c. 72. Pius II. Nicephor. Antonin. in Chronic. Platina, alij relat. eod. num. 68. narrant Nostrorum beneficio hunc Michaelem imperium & obtinuisse, & retinuisse, ideoque Nostris quamplurima, eaque magnifica priuilegia impertijsse.*

*7. Extant huius donat. tabul. in eod. lib. 1. Iur. pag. 427.*

Mitylenem, & Eubœam, Stalimenem, ac Lemnum, cum integra Achaiæ Prouincia in Græcia: Theodosiam, Soldaiam, Cembalum, Samastram, Azaphum, Iamboldum, Cercum in Thaurica Chersoneso, & ad mare Ponticum, aliasque Ciuitates, & oppida in maritimis Syriȩ, Almeriamque in Hispanijs, à Nostris [1] acquisita legitime, diu possessa, aduersus Sarracenorum Turcarumque impetum fortiter defensa, Regnum vel grande constituisse quis neget? Nam tametsi harum Ciuitatum, Insularumque ac Prouinciarum Regni appellationem olim habuerit fortasse nulla, iuxta tamen stabilita fundamenta, vel secundum seueriorem sententiam; iunctȩ simul, Regnum proculdubio constituunt, [2] Regnum autem inter omnes conuenit esse Insulam Cypri, qua de re nemo est qui dubitet. Hanc Insulam Regnumque Nostri iure sibi optimo vendicârunt, eiusque Reges fecêre vectigales. Cum enim eius Insulȩ Rex Petrus, [3] violato gentium iure, Ciues Nostros in suo Regno commorantes, [4] atrocissimo mortis genere peremisset ad vnum, ac deleuisset, iusto dolore perciti Nostri, ad vlciscendam iniuriam & nefarium facinus vindicandū, salutis humanȩ anno CIƆCCCLXXIII. Damianum Cataneum (illum ipsum fuisse autumo, [5] qui deinde Vrbano VI. Pont. Max. Mareschallus, vt appellabant, Sedis Apostolicæ, & Romanæ Vrbis Senator fuit) virum non arte bellica minus, quam Iurisprudentia illustrem, præmiserunt cum triremibus septem, ad belli quasi prȩludia; cui cum Cypriam oram totam fecisset infestam, & pleraque iam loca vastâsset, superuênit cum classe sex & triginta aliarum triremium, pluriumque onerariarum, exercitui ac toti expeditioni præfectus, Petrus Fulgosius Dominici Reip. Ducis frater, qui primo statim appulsu, oneraria cum quatuor alijs longis hostium nauibus incensis in Famagustæ portu, quatuordecim armatorum millia exposuit in hostilem terram, breuique ea vrbe, adeoque tota Insula est potitus. Rex ipse cum proceribus Regni in Fulgosij potestatem venit, quoscum ille posset omnes vlcisci, ac iusta seueri-

1. *Aut laudat. in isd. apostill. à num. 69. ad num. 79.*

2. *Cic pro dom. sua. Q. Curt. de gest. Alex. l. 10. Clemen. V. in epist. ante Concilium Viennen. ad Henric. Reg. Cypr. D. Thom. de regim. Princ. ad Reg. Cypr. alij.*

3. *B. Platin. de vit. Pont. in Greg. IX.*

4. *Pius II. De Asia min. C. 97. Platin. vbi supr. Supplem. Chron. l. 14. Gratian. de bell. Cypr. lib. 1. Foliet. histor. Gen. lib. 8. Iustinian. & alij Annalium nostr. script. sub ann. 1373 Bald. cōs. 378. ante num. 1. lib. 5. Volat. Geogr. l. 9 c. vlt. alij.*

5. *Extat. ipsius Damiani vti Senatoris, & Mareschal. decretū, quo cōfirmat statutum vniuersitatis Mercator. Romæ, sub die 25. Iunij anno 1389. in lib. eorundem statut. M. S. pag. 75.*

ueritate barbaram Cypriorum immanitatem punire, eximiæ fortitudinis laudem, quam in vincendo meruerat, pari in parcendo clementia exęquauit. De tribus tantum, qui sceleris admissi puero Regi autores extiterant, sumptum supplicium. Inde, cum [1] annum ferme integrum Reipub. nomine Règnum illud tenuisset Fulgosius, raro exemplo magnum Alexandrum ęmulatus, captiuo Petro Regnum cum libertate restituit. Ille tamen præter impensas belli, damnaque in nefaria illa strage à Nostris facta, certum tributum pendere quotánis est iussus; ac ne debiti obliuisceretur officij, vtque seruaret pacta cõuenta, obsides Genuā abducti eius patruus Iacobus, alijque Proceres nonnulli. Famagusta etiam præpotenti Genuensium pręsidio munita, quæ Regis conatus reprimeret, si quando ille ab officio declinaret. Sed lubet summatim recensere conuenta inter Fulgosium, atque hunc Regem, quę habentur luculentius expressa in publicis actorum [2] tabulis. Recepit igitur tum Petrus; *Genuensi Reip. perpetuò quadragies millies florenorum aureorum se quotannis soluturum: Intra duodecimum annum, statis quibusdam annuisque solutionibus, Mahona, hoc est societati, quę ad Insulam expugnandam ornauerat Classem, vicies centies ac duodecies millies, & quadringenties florenorum aureorum daturum; AEs alienū, quod cum Ciuibus Genuensibus contraxisset, dissoluturum: Nonagies similium florenorum millies, ad sumptus Classis in reditu, erogaturum: Singulis Genuatibus facta damna atque iacturas compensaturum: Sartas tectas immunitates antiquas Genuensibus in eo Regno seruaturum: Portus, nisi more solito, non aperiturum: Sumptus, si quos Resp. fecisset, in mittendo Nostris subsidio, antequam de pace fuisset certior facta, refecturū: Intra Regni confinia illos, quos exulare iusserant Nostri, non admissurum: Famagustam cum castro à Nostris, ipsius Regis stipendijs, custoditum iri, donec illam duodecim annorum solutionem Rex absoluisset, seu prædes aut alias dedisset satis, imperatum annuum tributum solui. Obsides abducerentur Genuam Iacobus de Lusignano, Regis patruus,*

1. Pius II. & Bald. vbi sup.

2. Extantibus in eod. Tabul. public. in Cellula prima, & in tabular secret. off. S. Georgij.

 *filij*

*filij duo Ioannis de Lusignano Principis Antiocheni, alijque proceres Regni nonnulli: Castrum Buffaneti, stipendijs Regis, à militibus S. Ioannis Hierosolymitani custodiretur, donec promissis Petrus fecisset satis.* Atque hęc Rex quidem. Fulgosius contra: *Regnum totum, excepta Famagusta, se Petro redditurum, permissurumque, vt illud, tanquam verus Rex Insula Cypri administraret, quẽadmodũ decessores eius illud regebant, saluis tamen pramissis, tributo videlicet annuo, alijsque à Rege seruãdis, ac prastandis: vtq; Regis publicani vectigalia portoriaq; Famagusta exigerent passurũ.* Additæ conuentis sunt pœnæ; *quod si Nostri cõtrauenissent, quæsitorũ omniũ iuriũ causa caderent. Si Rex, eiusue successores, Famagustę plenũ Dominiũ cederet Reip., possentq; Nostri Regnũ illud inuadere & occupare propria autoritate, atque ita occupatum possidere.* Sunt hę tabulę confectę de consilio Iureconsulti illius Damiani Catanei, qui primus Insulam fuerat aggressus, [1] quique ob nauatam in conficiendis tabulis operam, à Rege octo Bizantiorum millibus fuit donatus. Rebus ita constitutis, [2] tributoque Regi imperato Fulgosius, cum obsidibus Iacobo ac reliquis, Genuam triumphanti similis est reuersus. At datę fidei, acceptique beneficij immemor [3] Petrus, nondum quasi exacto triennio, terrâ marique Famagustam est aggressus, vehementi quidem, sed irrito conatu, cũ à Nostris, qui ciuitatẽ tuebantur, ingenti cũ clade, fuerit repulsus. Cum autem quinquennio post sine liberis Petrus excessisset e viuis, eius [4] patruus Iacobus, ad quem spectabat Regnum, quique adhuc Genuę honesta in custodia habebatur, animaduertens, vt puto, à Petro nepote cõmissam pœnam, quod Famagustam ille esset aggressus, integrumque ac facile esse Reip. Insulam totam occupare; Famagustam autem prorsus, ac pleno iure esse Genuensium factam, rem omnem transactione decidit, ea Ciuitate Nostris libere prorsus relicta, pro Regno reliquo impositum à Fulgosio tributum quotannis soluturus. Nostræ triremes decem Iacobum deduxerunt in Regnum. Excepit hunc filius Ianus, qui nomen habuit ab vrbe nostra Genua,

1. *Bald. eod. cons. 378:*
2. *Pius II. Bald. & Volaterr. vbi sup. Suppl. Chronic. eod. lib. 14. Paul. Interian. ristrett. dell' hist. di Gen. lib. 4. alij.*
3. *Georg. Stell. annal. Gen. M. S. sub. ann. 1378. & ibi Iustin. & alij annal. script. Foliet. vbi sup. lib. 8.*
4. *Stell. Iustiman. & alij Annalium nostr. script. sub ann. 1383. Foliet. vbi sup. lib. 9. Bald. cons. 182. nu. 1. lib. 5.*

Genua, vbi fuerat natus. Iste sumptis armis Famagustam bis oppugnauit, neque prius Genuensium hostis esse desijt, quam missa classis à Nostris eum ad officium reuocârit. Seculum circiter integrũ Genuenses [1] Famagustã tenuêre, donec à Iacobo Notho, qui Cyprum Ægyptio Sultano prodidit potius, quam vsurpârit ipse, opibus eiusdem Sultani inde sunt eiecti, cum domestica dissidiorum peste Remp. nostram affligente, Genua auxilia non suggereretur. Tributum autem exegisse Nostros à Regibus Petro, eiusque successoribus Iacobo, Iano, ac Ioanne tẽstantur, cum eorumdem Regum nomina in [2] codicibus Officij Sancti Georgij (in Rep. nostra Magistratus insignis) descripta, relatæque exacti tributi rationes, tum exteri quoque [3] scriptores. Neque omnino facere poterant Reges illi, quin imperatum, impositumque tributum dependerent, cum Famagustam Nostri tenerent, dum illi regnârunt, ac terrestribus maritimisque copijs Insulæ imminerent; & præterea Hierosolymitani milites castrum illud, depositi nomine sibi traditum (quod Pius II. Pont. Max. Colossi oppidum [4] vocat) etiam tum custodirent, cum Nothus Regnum inuasit. Iure igitur belli Cypri Regnum Genuenses sunt adepti, iure inquam optimo ablatum hosti, qui admisso immani ac detestabili [5] scelere, & iure gentium violato, iustissima in se Nostrorum arma concitauerat. Legitimam autem esse acquisitionem dominij, quę fit iure belli, adeo [6] tritum est ac receptum, vt probatione vix egeat; Quamobrem non arrodunt Reip. nostræ dominium in Insula Cypri ieiunæ quorumdam calumnię, quibus [7] illi iustissimam hanc acquisitionem impugnant. Aiunt, Regnum à Rege captiuo fuisse donatum, atque ideo metus causa; quod si ratam deinceps eam donationem Rex habuit, fecit id, cum eius adhuc filius in Nostrorum esset potestate, licet ipse data libertate frueretur. Aiunt non posse Regem iura Regni, Regnumue in alium transferre, quare neque iuramentum, quo erat firmata donatio, veluti extortum metu, & de re non sua à

*1. Foliet. eod. lib. 8.*

*2. In Cartulario anni 1447. pag. 10. in Cart. ann. 1461. pag. 204. alibi.*

*3. Blond. dec. 2. lib. 10.*

*4. Vbi sup.*

*5. Pius II. & Platin. vbi sup.*

*6. Grot. de iur. bell. l. 3. c. 6. Alberic. Gentil. de iur. bell. l. 3. c. 4. Balthas. Ayal. de iur. & off. bell. l. 1. c. 5. n. 1.*

*7. Apud Zabarell. cõs. 137. per tot.*

Rege fuisse seruandum. Quales Deus bone, calumniæ! Non est opus, vt puto, has diluere singulatim, cum euerterimus earum fundamentum. Donare calumniatoribus istis perinde est, atque accipere, accipere ac donare. Petrus, qui Rex fuerat, Regnum non donauit, sed accepit à Nostris. Cyprum Genuenses acquisierant iure belli: Reip. hostem Regem manu ceperant; non re solum, sed [1] iure etiam (quẽadmodum Masanissam [2] docebat Scipio) erant omnia in manu victorum; ipsi, ne viderentur clementes minus ac magnanimi, quam fuerant fortes & strenui, victo captiuoque, quæsitum iure belli Regnum, ademptam iure gentium libertatem, imperato tributo, datis legibus, concesserunt. Non igitur Rex ille quondam, qui cum in alterius potestatem venit, Rex esse desijt, Nostris Regnum donauit, quorum autoritatem in eo accipiendo probauit, quorum maiestatem in tributo promittendo est veneratus. Vnde somniant illi, ratam habuisse Regem donationem, liberum quidem, sed eius filio adhuc captiuo? Petrus, qui Rex erat, cum Nostri Cypro sunt potiti, liberis caruit. At video ab illis intellgi pro Rege ipsius patruum Iacobum, qui captiuus in vrbe Nostra filium habuit Ianum. Non minoribus iste beneficijs fuit á Nostris obstrictus, ad Regnum euectus e carcere. Anne donationem appellant, factam ab hoc Iacobo cum Nostris decisionem, qua Famagustæ plenum dominium cessit? Qua imperatum Petro nepoti tributum se soluturum recepit? Actum cum Iacobo puto fuisse benignius, quam vel ipse sperásset. Iam ob non seruata pacta Petrus Famagustæ dominio exciderat, quod ab illo Nostri fuerant stipulati, apertumque erat, vt his verbis vtar, feudum, iusque erat Nostris, vel ex ipsis pactis conuentis, totum Regnum inuadere, occupare propria auctoritate, tenere occupatum. Et addubitant adhuc, an e re Iacobi fuerit ita decidere, vt decidit? Verumtamen donatione nulla, decisione nulla niti volumus ius Reip. nostrę in Regno Cypri. Niti dicimus iure belli: niti concessione à Nostris Petro, Iaco-

1. DD. in l. ex hoc iur. ff. de iust. & iur. & in l. libertás. ff. de stat. hom. cũ simil. Decian. cons. 19. n. 108 lib. 3.

2. Apud. Liu. hist. lib. 30.

Iacoboque facta, qua illis Reip. ipsius Regnum fuit concessum, his legibus administrandum, quas dedisse Genuensibus dominis placuit, ipsi subditi, dedititij, captiui accipere, beneficij loco, iure optimo, sunt coacti. Vtinam cum eius Regni vsurpatore iniusto ita facile armis decidere possemus, vt iure possumus. Sed [illegible] ne nimium stylus excurrat. Ad rem quod attinet; Vidimus Sardiniæ Reges Genuensis Reip. fuisse vectigales; in Oriente Prouincias atque Insulas, in Hispanijs Almeriam (quæ iunctę Regnum vel magnum constituerent) Nostrorum Imperio paruisse; Cypríque Regnum, tributo imposito, clientibus Regibus á Genuensibus fuisse concessum.

## *In Genuensi Rep., cui fuerunt Regna subiecta, & Reges vectigales, Regiam adhuc esse dignitatem.*
## *Cap. V.*

CVM Petrum Cypri Regem, Nostrorum captiuum, Regio nomine caruisse diximus, dum in aliena esset potestate, venit in mentem Persei Macedonum Regis, [1] quo deuicto, tametsi humanæ sorti illachrymàrit Romanorum Dux Paulus Æmilius, cum tamen ab eo literas accepisset, quibus ille se Regem, Paulum verò Consulem dicebat, miserationem omnem, stultitia fortunam suam ignorantis exemit. Illi scilicet arbitrabatur Æmilius Regio abstinendum nomine, qui licet magnus Rex fuisset antea, amisso tum exercitu, extorris Regno in paruam insulam compulsus, supplex, non suis viribus, sed sani religione tutus esset. Quid de illo Rege Cypri Nostrorum captiuo, iure optimo de Regia sede deiecto, dixisset Æmilius? At seuerus nimis censor, ac regij nominis prætermodum religiosus fortasse Paulus nostris hisce temporibus videretur. Galliarum si quidem Rex Christianissimus, etiási Nauarram totam non obtineat, eius tamen se Regem appellat, & Nauarræi Regni solo titulo Henricus Quartus, ante-

1. Liu. hist. lib. 45.

antequam Galliarum Regno potiretur, inter Christianos Reges numerabatur, licet haud magnam eius regionis partem teneret. Catholicus etiam Hispaniarum Rex [1] Hierosolymitani, & Corsicani Regnorum titulos præsefert, quamuis in neutro dominetur, sed primi quidem solio ij, à quibus ille ius habet, ante nonnulla secula fuerint deiecti: alterius vero eius decessorum nemo possessionem fuerit adeptus. Haud secus magnæ Britanniæ Rex, Franciæ quoque se Regem dicit, in qua ne glebam quidem terræ occupat. Qui in Polonia Hungariaque regnant, quiq; ad Regnum Cypri se ius habere profitentur, Hierosolymitanos etiam se Reges appellant. Rex Poloniæ se Regem Sueciæ vocat. Daniæ Sueciæque Reges, vterque Regni Gothorum ac Vandalorum titulum sibi ascribunt. Rex Hungariæ se Ducem Burgundiæ nuncupat. Lotharingiæ Dux se Ducem Calabriæ profitetur. Neque harum ditionũ, quibus sunt spoliati, hi Principes titulos prætendunt solũ, sed mos etiam inualuit, vt Reges pulsi Regno Reges & appellentur, & loco Regum habeantur. Carolota Regina Cypri, à Iacobo illo Notho, de quo meminimus, Regno deiecta, cum inops &, vt ipsa aiebat, [2] nuda prorsus, ad Pium Secundum Pont. Max. confugisset, atque aduerso Tyberi vecta, ad S. Pauli descendisset in terram, ei vti Reginæ Cardinales, vniuersaque Romana Curia occurrit Pontificis iussu, aduenientemque ipse Pontifex in aula, quam Concistorij vocant, congregato sacro Purpuratorum Senatu, publice excepit, ac in parte deinde Pontificij Palatij seorsum collocauit, cibariaque illi ac familiæ magnificè administrauit, regieque prorsus est habita Carolota, vt Reginam decebat. Quid superiorum temporum Principes, aut nostri referam singulos? Vnusquisque iam earũ sese ditionum Principem vocat, quas ad se iure spectare profitetur; Atqui non haberet fortasse Paulus, quo supercilium contraheret, si Principes hosce audiret, earum ditionum, quas haud obtinent, titulos vsurpare. Inter istos etenim atque

1. Concil. Lateran. sess. 2.

2. Pius II. de bell. Cypr.

Persea interest multum. Ille siquidem dedititius iam iam, ac mox in victoris potestate futurus, Regis illustre nomen exuere debebat antea, quam miseram serui conditionem indueret. Principes verò isti, sui iuris, & in libertate constituti, sperant fore, vt eas prouincias recuperent, quas ipsorum maiores amisêre; quapropter, licet re corporeque non possideant, dominium tamen, atque eam possessionem, quæ animo retinetur, se non amisisse profitentur. [1] Eumenes olim, cum nihil haberet reliquum aliud, quam arcem, in qua obsidebatur ab Antigono, qui non potentia solum, sed dignitate quoque ambiebat videri superior, Eumenes inquam, legatis respondit Antigoni, nemini se primas delaturum, quamdiu gladium exertum manu teneret. Censebat ille fieri non posse, vt Regium nomen ac dignitatem amitteret, dum amissorum possessionem animo, libertatem corpore retineret. Sane non solum ex allatis comprobatur exemplis, Regem iniuria spoliatum Regno, regio titulo, hoc est regia dignitate non carere, sed est id etiam Iureconsultorum doctrinis comprobatum. Conuenit enim inter illos [2] possessioni ac [3] dominio, præuium debere esse titulum, quo nomine non dignitatem intelligimus, quemadmodum [4] nuper, sed causam aut dominij aut possessionis, quam denotat illud vocabulum apud iuris Interpretes. Fit hinc, vt si iusto titulo præuio Regni dominium, ac possessionem adipiscatur quispiam, & iure, & reâpse Rex sit; si titulum tantum habeat, iniuria Regno deiectus, aut nondum illud adeptus, iure tantum &, vt aiunt, habitu Rex esse dicatur, ac titulo tenus, atque, vt ita dicam, [5] Rex titularis, penes illius ius remanente dignitate. Ratio autē est,[6] quod cum Regis nomen à dignitate dependeat, sitque hæc non corporea, & loco non circunscribatur, retinet vbique suum nomen, nisi iure perimatur. Hæc autem non est solorum Regum prærogatiua, vt iniuria Regno spoliati regiam dignitatem non amittant; sed inferiores etiam Principes, [7] Duces, Marchiones, & Comites, si iniustè suis ditionibus

priuen-

1. *Plutarch. in Eumen.*

2. *L. 1. ff. pro solut. l. 3. §. fin. ff. de acquir. possess. cum simil.*

3. *L. nullo. C. de rei vindic. l. seruum C. familiæ ercisc.*

4. *Et Cic. in Pison. et 5. Tuscul. Q. Curt. de gest. Alex. lib. 4. Luc. de Penn. in l. 4. C. de priuil. Dom. Aug. circ. med. l. 12.*

5. *Bald. in l. Barbarius. in prim. lect. n. 43. ff. de off. præt.*

6. *Bald. eod. num. 43.*

7. *Card. Alex. in c. 1. col. fin. vers. Quod autē si. Quis dic. Dux March. & ibi Martin. Laud. col. pen. Cassan. cat. gl. mund. cōsid. 49. Natt. cons. 638. nu. 38.*

priuentur, propriam tamen retinent dignitatem, iisque integrum est sedere in loco Ducum, Marchionum vel Comitum, vti antea, cum suas ditiones obtinerent; quodque est amplius, non est omnino necessaria possessio officij, vel ditionis, vt quis dignitatis nomen consequatur, sed si quis acquisierit titulum, iustam scilicet causam dominij aut possessionis, [1] vna quoque titulum dignitatis adipiscitur. Sic ex sola adeptione coronæ, [2] Imperator nomen habet. [3] Archiepiscopus ex insigni pallij: [4] Episcopus ex consecratione: [5] Plebanus, sacerdos videlicet, qui sacra plebi ministrat, ex acquisitione tituli; quod verum est, etiam si dein magistratus, aut officij titulo annexi, possessionem corpore ac re non [6] adipiscantur, cum sufficiat ius, quo ad eam dignitatem iam censentur esse promoti. Quare cum Principes illi, quos retulimus, præferant ac profiteantur, se earum ditionum ac Regnorum, quorum sibi titulos adscribunt, iniuste corporatam naturalemque possessionem amisisse, titulos producunt, quo ius suum sartum tectumque conseruent, doceantque, se animo ciuilem amissorum possessionem retinere. Cum igitur communis Christianę Reipub. Principum consuetudo optimo iure nitatur, iuxta eamdem consuetudinem, iure etiam, Genuensi Reip. debetur titulus Regni illius, quod constituebant Ciuitates, Insulę ac Prouincię in Græcia, in Taurica Chersoneso, ad Pontum Euxinum, in Syria, atque in Hispanijs, re olim corporeque à Nostris possessæ, summa iniuria ab hoste Christiani nominis nunc magnam partem occupatę, quarum recuperandarum animum, aut spem nondum abiecimus. Neque secius dicendum est de titulis Regnorum Sardinię & Cypri, quorum Reges Genuensis populi erant vectigales ac tributarij, hoc est (veluti ex tributi nomine [7] arguitur) subiecti; adeoque Genuensis populus illorum Regum Rex erat, cuius eo est excellentior dignitas, quo non regnauit modo, sed imperauit regnantibus, quibus datis legibus, imperatisque tributis, Regna concessit.

Ligu-

1. *Geminian. cons. 79. nu. 6.*
2. *Clem. 1. vers. dudum de iur. iur.*
3. *Io. And. in c. 1. de relig. dom.*
4. *C. si quis Episcopus 1092. dist.*
5. *Io. Cald. in c. de multa. de prabend.*
6. *Geminian. eod. cons. 79. nu. 7.*
7. *C. omnis. de censib. & ibi Panorm. Bald. in l. solent. ff. de off. proc. & leg. Lud. Montald. de reprob. sent. Pilat. art. 3. n. 17. Io. Feraid. de iur. Regn. Franc. n. 1.*

## *Liguriam, quam Genuensis Respub. possidet, esse Regnum. Cap. VI.*

SED maior fortasse plausus dabitur Regnis ac ditionibus, quę obtinentur adhuc, quam titulis amissarum. Agedum videamus, an Regnum aliquod nunc sit in Genuensis Reip. potestate. Antiquos Ligurũ Reges[1] Cycnum,[2] Aunumque, ac Liguriæ vetustissimum illud Regnum si prætenderimus, obijciat fortasse quispiam, latius tum patuisse Liguriam, & hodiernam hanc nostram, antiquę illius partem esse aliquantam; quod veluti ipse non nego, ita inficiari poterit nemo, Regni titulo ac nomine ab Heroicis vsque temporibus ornatã fuisse Liguriam. Quod cum certe ita se habeat, porrò pręclarum illum titulum Liguria amisisse non potuit. Regnum siquidem nomen est dignitatis,[3] quę nunquam moritur, quæque loco non circumscribitur, vt præmisimus, quare regiam dignitatem retinuit Liguria, donec nemini fuit obnoxia. Sane antiquæ illius, ac vastissimæ Ligurię partem haud magnam Alpes Cottias, florente tum maxime Romanorum Imperio,[4] Cęsares Regni nomine sunt dignati, earumque Alpium dominos Reges salutârunt; cur Liguria nostra maritima, quæ antiquæ illius nomen habet adhuc, dignitatem quoque sustinere non potest? Alpes Cottię, Ligurię pars, Regni nomen sunt sortitę: cur nomen istud, cum totius prouincię vocabulo penes Liguriam nostram non remansit? Ferdinandus cognomento magnus, Castellæ Comes, cliens Regis Legionensis, auxit regia dignitate Castellam: qua Legionense illud Regnum diminutum, Regni nihilominus titulum retinuit. Alphonsus se Portugalliæ Regem dixit, membri scilicet Regni Castellani; hoc tamen Regnum suam dignitatem non amisit. Dionysius, eiusdem Portugallię Rex, ipsius partem Algarbiam Regnum esse iussit: Portugalliæ pars reliqua Regnum est hactenus. Fuerit in antiquo illo

1. *Ouid. Metamorph. lib. 2. M. Ant. Triton. epitom. eiusd. Hygin. Mythol. c. 154. Paus. in Attic.*

2. *Landin. ad 11. AEneid. Virgil. in verb. Auno: Ph. Cluuer. Ital. Antiq. lib. 1. c. 7.*

3. *Bald. conf. 159. nu. 3. & seqq. lib. 3.*

4. *Sueton. in Tiber. c. 37. & in Neron. c. 18. Ammian. Marc. lib. 15. Strab. lib. 4. Sext. Aurel. Vict. in Neron. Cluuer. eod. c. 7. & 12.*

amplissimoque Ligurię Regno, institutum aliud Alpium Cottiarum, vel plura etiam, si placet; nonne inique ageretur cum illa Liguriæ parte, quæ totius nomen retinuit, si totius dignitate orbaretur, non aliam ob causam, quam quod in illa tota fuerint alia Regna constituta? Verumtamen à Romanis in prouinciam redacta Liguria nostra, occupata à Gothis, ac si placet, à Longobardis á Francis: quin etiam dum propria sponte aut Reges Gallos, aut Mediolanensium Principes ad sui administrationem acciuit, Regni nomen amiserit; quis eam postliminij iure priuabit? *Postliminium est ius amissæ rei recuperandæ ab extraneo, & in statum pristinũ restituendæ, inter nos*(ait Romanus Iureconsultus [1] Paulus)*ac liberos omnes populos Regesque moribus ac legibus constitutum*. Iure igitur postliminij, iure inquam constituto communi populorum gentiumque consensu, iure videlicet gentium, si amissam rẽ ab extraneo recuperemus, ea in statum pristinum restituitur; quod vult Iureconsultus naturali æquitate fuisse introductum. Hoc autem ius non hominum est proprium, sed in bruta [2] cadit etiam, ac naues, aliaque sensu carentia, & inanima, vt caute illud esse rei, non personæ Paulus definierit. Religiosa itaque loca, si capiantur ab hostibus, censentur esse polluta, ac rursus si ab hac calamitate liberentur, quasi quodam postliminio reuersa, pristino statui, hoc est religioni pristinæ, pristinæ dignitati [3] restituuntur. Amiserit igitur regium nomen, cum exteris seruiuit, Liguria; illud sane quandocumque exterorum iugum est excussum, cum libertate simul, postliminio quasi quodam, est reuersum, eaque prouincia in statum pristinum, in pristinam dignitatem iure gentium est restituta. Quid afferant amplius pleraque Hispaniarum Regna? Quid Gallia? Quid Anglia? Quid Cyprus? Quid Sicilia? Quid Sardinia? Quid tandem alia pleraque? Nonne id tantum afferre possunt, suos nempe dominos, Romanis alijsue exteris eiectis, cum nullius imperio essent obnoxij, suas ditiones Regna esse iussisse? Et quamquam pleraque,

1. *L. Postliminium* 2. *ff. de capt.*

2. *Fest. lib. 14.*

3. *L. cum loca. ff. de relig. & sumpt. funer.*

raque, antequam seruirent exteris, Regna minime appellarentur, excusso iugo seruitutis, Regni nomen assumpsêre, quod obtinuit, & Regna sunt facta, estque id postea à cęteris agnitum, & diuturna consuetudine firmatum, vti á nobis luculenter demonstratum est [1] supra. Quis vetat igitur Ligures hoc idem aut iussisse, aut iubere, liberum populum, qui communi [2] scriptorum sententia nullius maiestatem veneratur in terris? Quis vetat inquam, propriam suę ditionis dignitatem, titulum, nomen profiteri? Nonne cum veteri iure Regni, autoritatem quoque potestatemque habent Ligures nouum Regnum constituendi? Liquet igitur Regnum priscis temporibus fuisse Liguriam, eumque titulum non amisisse, nisi cum exteris seruijt, illudque libertate potitam resumere potuisse. Quod si adhuc Iureconsultorum trutina rem examinare decretum sit, eorum inquam, qui decem aut duodecim Ciuitatibus cum Metropolitana statuunt Regno opus esse, quales Ciuitates esse de iure gentium definiuimus, huic etiam parti satisfaciemus affatim, cum totidem in Liguria nostra esse Ciuitates ostenderimus. Habemus itaque in Liguria [3] Metropolim Genuam, [4] delitiarum Italię matrem: nobilissimę huius prouinciæ [5] Paradisum: [6] vrbem imperiosam, virisque subam ac mœnibus, [7] vereque regiam: maritima potentia, & arte, gentibus omnibus ac nationibus [8] pręstantem: cuius tanta est opulentia, tanta frequentia ciuium, tantique horum spiritus, vt non in oram [9] Ligusticam, non in Corsicam, non in Chium modo, sed in Asiam, sed in Scythiam, sed in ipsos remotissimos Mediteranei maris recessus, & imperium propagârit, & colonias deduxerit. Nullam video vrbem, præter vnam Romam, in toto terrarum orbe, à qua plures fuerint coloniæ constitutę. *Nulla est*, vt haud immerito ait [10] ille, *in tota Europa præstantior, nulla ditior, nobilior nulla, nulla amæniori, nulla feliciori Cœlo, nulla mœnibus magis munita.* Sed quanta occurrunt de patria mea, non est otium dicere, pauca flagitium puto. Angelus,

1. *Cap.* 2.

2. *Relatorum à nobis supra in aditu pag.* 9. *nu.* 5. *&* 6.

3. *Pius II. in Europ. c.* 7.

4. *Cardan. de vtilit. ex aduers. cap. lib.* 3. *c. de paupertat.*

5. *Mandos cōs.* 79. *nu.* 8. *lib.* 1.

6. *Franc. Petrarch. in Itiner. Boër de aut mag. cons. nu.* 188.

7. *Bald. cons.* 452. *lib* 3. *in fin. Cluuer. eod. c.* 7.

8. *Antonin. Archiep. Flor. in Chronic. part.* 3. *tit.* 20. *c.* 8. *§.* 7. *Philip. Callima. h. in orat. ad Innoc. VIII. de bell. Turc. infer.*

9. *Bracell. de bell. Hisp. lib.* 1. *Annal. nostri.*

10. *Mandos. eod. nu.* 8.

Iureconsultus ille Baldi frater, hoc Florentiæ [1] tribuit, vt Regnum dici possit. Pius Secundus, Pontifex ille verè Maximus, Genuam non dici posse Regnum asseruit, sed Regnum [2] dixit. Hanc esse Ciuitatem maximam, ac Liguriç Metropolim, tum subiectæ illi Ciuitates, quas mox enumeraturi sumus, comprobant, cum [3] viri grauissimi confirmant, ac testatur Genuensis Ecclesia, Archiepiscopali & Metropolitana dignitate præfulgens: *Nemini* (vt habet Annalium Ecclesiasticorum diligentissimus scriptor [4] Baronius) *cedens antiquitate, quæque, sicut Mediolanensis, à Sancto Barnaba Apostolo, se accepisse Euangelium gaudet, & Sanctorum Nazarij & Celsi consuetudine gloriatur, atque Sanctis quoque Episcopis Syro, Romulo, Valentino, Felice, atque Salomone, siue Salonio magis magisque facta conspicua nitet.* Ab hac Ligurum Metropoli accipiunt iura in ora Occidentali Intemelium, Sancti Romuli municipium, Tabia, Portus Mauritius, Alasium, Albingaunum, Plebs, Petra, Zuccarellum, Naulum, Saona, quorum hæc duo postrema cum Intemelio & Albingauno, præter mœnia ac iurisdictionem in subiectos pagos, suos etiam habent Episcopos, atque olim liberæ fuere Resp. reliqua muris cincta, singula in alios pagos iurisdictionem exercent. Porrò in Orientali ora subsunt eidem Metropoli Rapallum, Clauarum, Brugnetum, Leuantum, Spedia, muris omnia cincta, singula cum iurisdictione in alios pagos, quorum solum Brugnetum, municipium aliorum fortasse minimum, Episcopatu est insigne. Omittimus Sergianum opulentam vrbem in Etruria sitam, quę in antiquę illius celebrisque Lunæ locum successit, & in qua Episcopus Lunæ Sarzanensis, vt appellant, residet. Omittimus Nouium, diues amplumque municipium, mœnibus cinctum, cum iurisdictione in pagos aliquot. Omittimus loca alia pleraque Reip. quidem subiecta, sed tamen extra maritimæ Liguriæ confinia. Cum etenim contendamus Liguriam maritimam, quam obtinet Genuensis Resp. esse Regnum

1. *Cōs. 23. n. 1.*

2. *In Epist. Pij II. ad Archiep. Ianuen. in epist. Regũ & Principibus pag. 50. edit. Argentin. per Lazarum Zetznerũ 1593 & extat apud Aug. Iustinian. Annal. di Geno. lib. 5.*

3. *Pius II. vbi sup Bald. in l. 1. C. de sent. ex breuic. recit. & eod. cons. 452. in fin.*

4. *Annal. tom. 6. sub anno 451.*

gnum, locorum, quæ in Liguria non sunt, recensione supersedemus. Enumerauimus itaque in hac Liguria, pręter Metropolim Genuam, non decem modo aut duodecim, sed sexdecim loca, singula muris cincta, singula quę iurisdictionem exercent in subiectos pagos. Continet ergo Liguria, iuxta à nobis iacta fundamenta, sexdecim Ciuitates, adeoq; prouincia est, quæ Regnũ constituit, hoc est, Liguria est Regnũ. Verũtamen cũ Ciuitates descripserimus esse loca, quę muris cincta in subiectos pagos iurisdictionem exercent, ita aut à veteribus, aut à Principe, aut ab Incolis appellata, ea quę retulimus loca nuncupata fuisse Ciuitates nõ docuimus. Sed hoc ex solo męniũ circuitu, ac iurisdictione satis superq; probatur. In huius etenim nominis beneficio,¹ benigna lataque est facienda interpretatio, ita ut² etiamsi locus Ciuitatis nomen á Principe non habuerit, dummodo non constet castrum appellari, etiã si alias terra vel comitatus dicatur, pro Ciuitate tamen sit habendus. Quam Bartoli, iuris Interpretum facile Principis, sententiam secuti, satis esse putauimus, mœnia ac iurisdictionem considerare, eoque magis, quod si expresse requireretur Ciuitatis nomẽ, id in Principis atque Incolarum sit potestate, præsertim cum in singulis ijs Ciuitatibus degant pleręque familię non diuitijs minus, quam nobilitate conspicuę. Cæterum cum pręter enumeratas Ciuitates vicatim colatur Liguria, plerique sunt Magistratus, qui pluribus mortalium millibus ius dicunt, hic illic per vicos habitantibus, cuiusmodi sunt Capitanei (titulus est Magistratus) Vallium Porciferę, & Bisamnis: locorum Vulturis, & Rechi, alijque: sed quoniam vicus, vbi resident, mœnibus caret, Ciuitas fortasse dici non potest, etiamsi in subiectos alios habeat iurisdictionem. Quæ cum ita se habeant, Genuensis Principatus frequenti ⁵scriptorum calculo *Regnum* dicitur, eiusq; Metropolis Genua⁶ *Ciuitas Regia* nuncupatur ⁷ ac Ligurum Domina & Regina; cumque profiteantur Iureconsulti, Regem in suo

1. *Bart. in ext. rauag. qui sint rebel. num. 6.*
2. *Ibid.*
3. *Pius II. in relat. epist. & in Europ. c. 48. D. Bernard. epist. 129. in fin. Baron. annal. tom. 12. sub ann. 1135. Biõd. dec. 3. lib. 1. Bald. eod. cons. 431. lib. 3. Cluuer. eod. c. 7.*
5. *Pius II. eod. c. 48. Hart. Scheid. in registr. mund. in Ital.*
6. *Castald. de Imp. q. 69. nu. 15. Boer decis. 118 nu. 9. los Redin de Maiest. Princ. in princ. nu. 7. & seqq.*

suo Regno eamdem habere autoritatem, quam habet Cęsar in Imperio, hanc eamdem autoritatem passim [2] Genuensi Reipub. tribuunt in sua ditione, perinde ac Regi in Regno.

## *Corsicę Insulam esse Regnum.*
## *Cap. VII.*

NObilissima Genuensis imperij pars esse dicitur Insula [3] Corsica, quæ licet non ita frequens incolis, vt Liguria, suos tamen priscis temporibus habuit Reges. Numerant inter alios Phorcum, quem Naumachia ab Atlante Rege ad Sardiniam superatum, & magna cum exercitus parte vndis obrutum, socij inter marinos Deos retulêre. In hanc autem Insulam apud Persas Cyro regnante, quod est ferme ante Christum natum anno IↃL. [4] á Phocæensibus deducta colonia, Aleria est nuncupata. Hinc in epigrammatis, quæ Senecæ tribuuntur.

*Corsica Phoceo tellus habitata colono:*
*Corsica, quę Graio nomine Cyrnus erat.*

Hanc eamdem Aleriam [5] Sylla deinceps Romanorum coloniam constituit. Alteram deduxit [6] Marius de suo nomine Marianam, atque in ea Insula, præter duas hasce colonias, [7] tres & triginta alię Ciuitates erant, in quarum numero Nicæa fuit, Tyrrhenorum, vt habet [8] Diodorus, hoc est vt [9] Seneca interpretatur, Ligurum colonia. Erat [10] Insula admodum portuosa, Syracusano portu commodissimo apprime insignis. Cum autem á Romanis in prouinciam est redacta, [11] Pręsidem habuit, donec [12] Vandali ea sunt potiti. Vandalos excepêre [13] Gothi, hos [14] Longobardi in eius Insulę Regno, eamque demum [15] Sarraceni diù tenuerunt. [16] Fertur in maiori Ciuitatis Calaritanæ templo asseruari antiquissimum quoddam monimentum, Sardoa lingua in membrana conscriptum, quo Martinum quendam nomine, Corsorum Regem, in Sardiniam transmisisse narratur, subactosque Sardos Christianam religionem docuisse;

ad

1. *Bald. eod. cons 182. nu. 3. lib. 5. Syluest. in summa in verb. vsura. 2. nu. 14.*
2. *Leg. nouar. Reip. Gen. cap. 23.*
3. *Herodot. lib. 1. Senec. in consolat. ad Helu. c. 8. & ibi Iust. Lips. Cluuer. in Corsic. antiq.*
4. *Senec. & Lips. vbi sup. Plin. hist. Nat. lib. 3. c. 6. Cluuer. vbi sup.*
5. *Ijd. ibid.*
6. *Plin. eod c. 4.*
7. *Rer. antiq. lib. 6. c. 4.*
8. *Vbi sup.*
9. *Diod. eod. c. 7.*
10. *Notit. Imper. Rom. Panciol. c. 56.*
11. *Procop. Vandalic lib. 2.*
12. *Idem. Gothic. lib. 4.*
13. *Iac. Maynold. Gajerat. de titul. Philip. Reg. Hisp. cap. de Corsica.*
14. *P. Diac. de Gest. Long. l. 6. c. 46. Blōd. dec. 1. lib. 10. Gio: della Groß. & Ant. Pietr. Filippin. hist. di Corsic. lib. 2.*
15. *Filippin. eod. lib. 2.*

ad cuius rei memoriam, feria sexta in Parasceue, inter solennia, quæ illa die celebrat Ecclesia, monimentum illud coram populo recitetur, ac legatur. At Sarraceni, hac Insula potiti, Ducem suum[1] Lanzam Ancisam eius Regem salutârunt: cui Musys, Musy Alusius Ferrandinus, huic Scalaber, Scalabroque demum Nugolonus, Sarracenorum Regum in Corsica postremus, successêre. Hæc eius Insulæ Annales. Cæterum ex aliarum historiarum fide constat,[2] Caroli magni tempore, ab Audemaro Genuæ Comite, Sarracenos ea Insula expulsos fuisse, anno IↃCCCVI. cumque consuêssent ex Africa, ex Hispanijs, in Corsicam quotannis expeditionem suscipere, eos iterum expulit anno sequenti Burchardus. Donauerat inter alia hanc quoque Insulam Apostolicę Sedi[3] Pipinus, eiusque filius[2] Carolus, Rex ille Francorum, hic Romanorum etiam Imperator, eamque donationem ratam habuerat filius Caroli[4] Ludouicus, habuitquę deinceps[5] Otho magnus, ambo Imperatores, & Cęsares; quare Romani Pontifices, data ea prouincia Magistratibus, Insulæ imperârunt, donec circiter annum IↃCCCLV. illam iterum[6] Sarraceni occupârunt. Fuit Corsica sub Sarracenorum tyrannide vsque ad annum ferme CIↃV. quo[7] tempore Ioannes XIX. Pont. Max. eam Insulam, vna cum Sardinia, proposito diplomate ijs concessit, qui inde Sarracenos eiecissent. Aggressi igitur[8] Genuenses Corsicam, pulsisque Christiani nominis hostibus, eâ sunt potiti. Hinc deinceps Regnum illud in Genuensium potestate fuit. Innocentius vero secundus Pont. Max. cum iure belli, tum ex diplomate Ioannis XIX. iuxto nempe titulo, totam Insulam obtinerent Nostri, atque insuper eius dimidium a priuatis dominis aut emissent, aut aliàs legitime acquisijssent, Innocentius inquam, dimidiam partem alteram, sub annuo tributo vnius libræ auri, Nostris pariter[10] concessit, anno CIↃCXXXIII. recipientibus id Genuensibus pro innata religione ac pietate, qui mallent Apostolicę Sedis beneficium Insulæ illius dominium

1. *Ibid.*

2. *Annal. Carol. Magn. & Chronic. Reginor. sub ijsdem ann.*

3. *Anastas. Biblioth. & Platin. in Stephan.*

2. *Blond. dec. 2. lib. 1. Paul. AEmyl. in Carol. Magn.*

4. *Biblioth. in Hadr. 1. & ibi Platin. Blond. & AEmyl. vbi sup.*

5. *Sigon. de Regn. Ital. lib. 4.*

6. *Ibid. lib. 6. & Monaldesch. comment. hist. lib. 4.*

7 *Sigon. vbi sup. lib. 5.*

8. *Ibid. lib. 8.*

9. *Ibid. & Annal. nostri sub eod. ann.*

10. *Extat diploma in tabular. in lib. 1. Iur. Reip. pag. 39. & in cellul. 3.*

nium agnoſcere ; quam armorum ſuorum fructum . At paucis poſt annis Noſtrorum , qui benemereri de Chriſtiana Rep. ac de Catholica Eccleſia nunquam ceſsârunt, gratificaturus obſequijs [1] Lucius II. Pôt. Max, anno CIↃCXLIV. annuum illud tributum remiſit, Inſulamque Noſtris pleno iure conceſſit. Bonifacius tamen VIII. Romanus itidem Pontifex, Noſtris fortaſſe minus æquus, Corſicam cum Sardinia, ſub clientela Apoſtolicæ Sedis poſſidendas, Iacobo Aragonum Regi largitus eſt, quo iure vſi Aragonenſes, Inſulam ſæpius ſunt aggreſſi, irrito quidem conatu, Noſtris ſemper fortiter repugnantibus, qui legitimum dominium, poſſeſſionemque optimo iure partam, iuſtis armis tuerentur. Hęc autem tum ab eius Inſulæ hiſtorijs, ac noſtris annalibus, tum à ſcriptoribus exteris traduntur vberius.

Quòd ad propoſitum ſpectat, fertur ante Chriſtum natum Reges in Corſica eſſe dominatos, eamq; Regnũ fuiſſe, ac dũ Sarracenorũ ſeruitutis iugũ eſt paſſa, conſtat illam proprijs Regibus, Regni nomine paruiſſe. Atqui dum in Romanorum, Vandalorum Gothorumque ac Longobardorum poteſtate fuit, titulus ille Regius eſt neglectus; quemadmodum Noſtri etiam, iuſto illius dominio naturalique poſſeſſione contenti, eumdem titulum; veluti inanem, & ambitioſum omiſerunt; Alij uero Principes, qui ad eam Inſulam ſibi ius arrogant aliquod, quandocumque in eius mentionem incidunt, regij tituli nequaquam obliuiſcuntur. Complura Romanorum ſummorumque Pontificum, complura Cæſarum, complura Regum, grauiſſimorumque aliorum virorum habemus teſtimonia, quibus regius ille titulus huic Inſulę tribuitur; ex quorum numero huc excerpta nonnulla tranſcribemus, quo Regnum eſſe hanc Inſulã demonſtremus. Leo itaque VIII. Pont. Max. [2] in diplomate quarumdam largitionum, anno IↃCCCCLXIII. Othoni Magno Cęſari factarum, tertio Kal. Maij, indictione ſexta, Pontificatus ſui anno II. Inſulam Corſicę Regnum appellat. [3] Bonifacius item VIII. Iacobo Aragonum Regi,

vt

1. *Triſtan. Calch. Hiſt. Mediol. lib. 7. Alter. de cenſur. tom. 1. l. 5. diſp. 21. c. 1. col. 6. & c. 2. 3. 4. 5. Bonac. de cenſ. in Bull. Cœn. quæſt. 21. punct. 1. nu. 24. Foliet. hiſt. Gen. lib. 1.*

2. *Extat apud Melch. Goldaſt. conſt. Imperial. tom. 1. pag. mihi 222. vid. Platin. in hoc Leone, & Sigon. de Regn. Ital. lib. 7. ſub anno 963. & ſeqq. vbi multa habentur conceſſa ab hoc Pont. Othoni.*

3. *Galerat. vbi ſup. eod. c. de Regn. Corſic. Camill. Borrell. de Reg. Cathol. praeſt. c. 46. à n. 158. M. Ant. Marcell. de Iur. ſecul. Rom. Pôt. c. 11. §. ſcribit præterea Mainoldus.*

vt retulimus, Sardiniam, & Corsicam Regnorum nomine concessit, reique gestæ dicitur exemplar extare in Vaticano tabulario.[1] Ioannes XXII. imperatum pro duobus his Regnis tributum eidem Iacobo remittens, vtrumque regio titulo exornat.[2] Pius V. tribus diplomatibus, quorum primum tertio Nonas Martij, alterum tertio Idus Iunij, postremum XXVI. Septembris, anno CIƆIƆLXVII. est datum, easdem Insulas Regna appellat, enuncians, Archiepiscopum Calaritanum Primatem esse Regnorum Sardiniæ & Corsicæ, quales etiam fuisse nuncupatos Archiepiscopos illos à Victorio tertio, Calixto itidem tertio, Alexandro VI. Gregorio XIII. Sixto V. alijsq; Sūmis Pōtificibus refert[3] Augustinus Barbosa.[4] Extat apud Fridericū Fridericiū, Patritiū optime de Patriæ dignitate meritum, exemplar diplomatis Eugenij IV. Pont. Max. quo ille Pontifex Monaldum de Paradisis suum Nuncium, ac, vt appellant, *Commissarium, & Procuratorem* destinat ad eundum in possessionem Regni Corsicæ. Clemens V. in suis literis ad Ioannem de Valente Gubernatorem, & ad Concilium nostrum[5] scribens; *Cæterum*, inquit, *quia memoratus Rex Aragonum, non solum occasione vnionis, & confœderationis factę cum eodem Duce* (de Veneto loquitur) *sed occasione occupationis factę per vos, vt asserit, de Regno Corsicę, & certis locis Regni Sardiniæ, & alias contra vos querelas deducit.* Dicuntur etiam Benedictus XII. Clemens VI. Innocentius VI. Vrbanus V. PP. MM. in suis literis Sardiniam, & Corsicam Regna appellauisse, Regna inquam non Regnum, & Nicolaus V. in publicis documentis, Regnum Corsicę expresse enunciâsse. Inter Cęsares verò Ludouicus Bauarus Regna Sardiniæ, & Corsicę spectare ad Apostolicā Sedē declarâsse, & Carolus IV. id cōfirmâsse anno CIƆCCCXLVII. feruntur.[6] Carolus autem V. Cæsar aperte se Corsicæ Regem, in proemio suorum diplomatum passim inscribit, ob Hispaniarum Regna, hereditatis iure ad se delata, hunc titulum assumens. Aragonum etenim Reges, quamuis Corsicam obtinuerint nunquam, præten-

1. *Ijdem ibid.*

2. *Dionys. Bōsant. in tractat. del Primat. de çerdeña y Corsega. art. 5. testim. 1.*

3. *Collect. in c. si diligenti. n. 4. de præscript.*

4. *Relat. per eund. Frideric. in Apostill. ad suam epistolā ad Scioppium edit. Genuæ anno 1641. nu. 5.*

5. *Sub dat. Auenion. 3. Id. Iulij ann. 11. relat. per Fr. Luc. VVadding. tom. 4. annal. Fr. Minor. sub anno 1352.*

6. *In Proœm. des Peinl'chs ordnung. & in ordnung. des Regiment. zu VVormbs. ann. 1571. in ordinat. Imper. tom. 1. et alib: passim. Rest. Castald. de Imp. q. 42. in fin.*

dentes nihilominus ius illud à Bonifacio VIII. Regni huius titulum sibi[1] vsurpant. Sic[2] Iacobus, sic[3] Alphonsus, sic[4] Petrus, sic[5] Renatus, sic[6] Ferdinandus, sic Aragonum Reges alij ante Carolum Cæsarem, se Corsicæ Reges dicebant, eumdemque titulum, quamuis nudum, quique fuit nunquam cum possessione coniunctus, ad nostra vsque tempora Reges Catholici mordicus[7] tenent; eumque palam profitentur, in suis diplomatibus, quæ veluti omnibus nota, huc esse transcribenda non duximus. Ex Archiepiscopis prętereа Calaritanis, Petrus anno CIϽCLXIV. Antonius anno CIϽCCCCIII. & CIϽCCCCX. Ludouicus anno CIϽCCCCLXVIII. Petrus Pilares anno CIϽIϽVII. pluresque[8] alij, se Primates Regnorum Sardiniæ, & Corsicæ in publicis documentis appellant: ac de eorum Regnorum Primatu diù acta est causa, inter Archiepiscopos Calaritanum, & Turritanum, Romę coram amplissimo eo Collegio, quod Rota dicitur. Porrò Diuus Thomas Aquinas,[9] sub Regibus ac Principibus Siciliam, Sardiniam, & Corsicam viuere ait, &[10] scriptores frequentes Sardiniam, & Corsicam Regna appellant, ipsamque Corsicam Regnum, cuius insigne esse aiunt caput Æthiopis, seu Mauri, forsan ob Mauros Sarracenosque in ea Insula contrucidatos à Nostris. Tot igitur Summorum Pontificum, tot Cæsarum, tot Regum, tot grauissimorum virorum testimonijs, Corsicam esse Regnum, confirmatur. Antiquus igitur huius Insulæ titulus regius, sub Romanorum Vandalorumq;, & Gothorum, ac Longobardorum imperio suppressus, quasi postliminio reuersus, á Summis Pontificibus Cęsaribus, Regibusque, atque alijs est agnitus, eidemque Insulæ tributus, quapropter non est indagare necesse, an in ea Insula is numerus Ciuitatum sit, quo opus esse ex recentiorum sententia Regno instituendo admisimus. Titulus namque iste non est nouus in Corsica, neque parti Regni alicuius antiqui accomodatur, quo docere oporteat, partem illam obtinere amplitudinem Regni; sed antiquissimus est, traditusque per manus ad no-

stra

*1. Bod. de Rep. l. 1. c. 9. Galerat. eod. c. de Regno Corsicæ.*
*2. Id Galer. eod. c. & extat apud modo laudatum Frideric. exemplar sacramēti ab ipso Iacobo Apostolicæ Sedi præstit.*
*3. Galerat. vbi sup.*
*4. Ibid.*
*5. In priuileg. ab ipso Renat. concess. Bart. Coleoni, impress. post vitam eiusd. Coleon. cōscript. à Petro Spino.*
*6. In suo mandat. edit. in Cōcil. Lateran. sess. 2.*
*7. Galerat. vbi sup.*
*8. Relat. à Barbos. eod. n. 4.*
*9. De Regim. Princ. lib. 4. c. 8.*
*10. Galerat. qui de hoc Regn. scribit integrum cap. de Regn. Corsic. Borrell. eod. num. 158. Marcellin. eod. §. scribit præterea. Bōsant. eod. testim. 1. Barbos. eod. num. 4. Addent. ad Bar. de Regim. Ciuit. ad num. 20. lit. A.*

ſtra tempora, totique Inſulæ, cuius initio fuit, tribuitur, non parti. Quod ſi addubitet adhuc aliquis, tollent illi omnem dubitationem Maximorum Pontificum, Cęſarumque autoritates, qui cum Regna poſſint inſtituere, etiam eas regiones, quę præſtitutum á recentioribus numerum Ciuitatum non habent, dum Corſicam Regnum eſſe dixêre, Regnum quoque illam conſtituiſſe, etiamſi ea dignitate caruiſſet aliàs, ſunt dicendi. Recepta namque eſt Iureconſultorum ¹ ſententia, vt quando de probandâ dignitate agitur, prout in quæſtione, quam habemus, ſola nominatiò ab eo, qui tribuere dignitatem poteſt, etiam enunciando prolata, plane probet, eam eſſe in illo dignitatem, cui à nominatione tribuitur. Allata præterea à nobis teſtimonia, quamquam per ſolas aſſertiones &, vt aiunt, per enunciatiuas, videantur proferri, cum nihilominus illa hiſtoriarum fides adminiculetur, quibus docemur, præter vetuſtos illos Reges, Mauros etiam ac Sarracenos, dum in ea Inſula ſunt dominati, Reges fuiſſe appellatos, ² probant illud enunciatum; idque eo apertius, quo de antiquis eſt quæſtio, in quibus probandis dubio procul verba etiam enunciata ³ ſufficiunt; Atque hoc eſt adeo verum, ⁴ vt duę enunciatiuæ, centum annis antiquiores, plene probent. Quanto magis in hac noſtra quæſtione, in qua non duas, ſed ſexcentas habemus enunciatiuas huiuſmodi? Quin cum ſumpta à nobis teſtimonia maiorem partem ſint Principum ſupremorum, iuxta ⁵ communē iuris Interpretū ſententiam, plenam faciunt fidem. Audio quoſdam obijcientes, verba à Summo Pontifice Cæſareue, aut alio ſupremo Principe enunciata, probare tum demum, cum ſuper ijs fundatur gratia, ſeu intentio Principis, rem à ſe geſtam narrantis. Non eſt meum hoc loci Principum tueri grauitatem, quam hę calumnię in ſuſpicionem vocant leuitatis, perinde ac ſi parum conſideratè Principes aliena geſta narrarent, & quodammodo inconſulto ac temerè verba effutirent, & quod eſt amplius, conſcriberent. Admittam falſum illud, quod obijciunt. Non faciant verba enun-

*1. Decian. cōſ. 7. & ſeq. nu. 15. lib. 3.*

*2. Achill. de Graſſ. deciſ. 1. de confeſſ. & deciſ. 8. num. 4. de Iur. Patr. deciſ. 130. nu. 2. p. 2. diuerſ. Rotę Rom. Aud. Put. deciſ. 149. l. 3.*

*3. Dec. cōſ. 42. col. 6. Iaſ. in l. ex ijs verbis. in 4. limit. de milit. teſtam. Alex. conſ. 6. lib. 1. conſ. 74. l. 4. & conſ. 24. l. 7. Abb. conſ. 53. nu. 3. l. 1. plen. Bero. conſ. 87. nu. 13. & ſeq. l. 2. Grat. conſ. 143. nu. 10. l. 2.*

*4. Put. deciſ. 209. l. 2. Rot. Rom. in Ferrarien. Prioratus coram Pegna. 1. Decemb. 1608. quæ eſt inter collectas à Troſp. Farinac. part. 1. recent. in ordin. 163. vbi n. 2. complures affer. autoritates.*

*5. Maſcard. de probat. concl. 1228. per totam, cum ſexcentis ab eo laudatis.*

ba enunciata à Principibus fidem, nisi vt volunt; qui ita difficile credunt. Ne tamen error radices agat, profiteri non omittam, 'receptissimũ esse, verba eiusmodi plenam fidem facere etiam de aliorum gestis. At sane, sine controuersia, ' qualemcumque præsumptionem faciunt, quæ vim habet famæ, ac proinde pro plena probatione in antiquis sufficiunt. ' Famam namque in antiquis plene probare: ' antiqua autem dici, quæ memoriam hominum, aut centum annos excedunt, compertum est, eoque annorum spatio tantum virium assumit fama, vt non modo probet, sed etiam notum faciat, notum inquam eius generis, quod ' notorium dicunt iuris Interpretes, quodque negari potest à nemine. Sed velint adhuc, vt super enunciatis verbis fundetur gratia, & intentio Principis; respiciant concessionem, vulgato verbo, *Inuestituram*, Corsicæ vti Regni à Bonifacio factam Iacobo Aragonio; ponderent impositum tributum, præstitum sacramentum pro Regno; perpendant destinatum Nuncium ab Eugenio, veluti in Regnum, videbunt his enunciatiuis niti intentionem Principis, nisi calumnientur, de gestis alterius loqui illum, qui Regnum ipse concedat, tributum imperet clienti Regi, Magistratum leget in Regnum, pro Regno se obstringat sacramento. Quid multa? Carolus V. Cæsar, Reges Aragonum, Reges Catholici, dum se Corsicæ Reges dicunt, proculdubio intentionem huius tituli regij in eo fundant, quod Corsica Regnum sit. Verumtamen ne manum de tabula, priusquã, ijs etiam occuramus, qui negare solent, Sardiniam, & Corsicam Regna esse distincta, asseuerantes, duas illas Insulas vnicum Regnum conficere. Confutant horum opinionem pleraque ex allatis à nobis testimonijs, quibus Sardinia & Corsica non Regnum dicuntur, sed Regna. Certum est sane, Sardiniam Corsica non egêre, vt Regnum sit, cuius Regem Barrissonem ' Fridericus Ænobarbus fecit, atque ' Hencium suum filium deinceps alter Fridericus; ' & in qua Principatum eodem tempore tenentes duo, Barisso

Logo-

1. *Barbos. collect. in Clem. 1. de probat. nu. 9. & seq. Gratian. discept. for. c. 482. nu. 16.*

2. *Glo. & DD. in c. si Papa. in verb. probata. de priuil. in 6. & in c. cum olim. de cens. Ant. Butr. in c. fin. de succ. ab intest. notant DD. in ead. Clem. 1. lo. And. in regul. non licet. in Mercurial. com. munẽ dicit Masc. vbi sup. concl. 209. n. 12.*

3. *De hoc plenis. apost. innumer. cumulan. ad Alciat. de præsump. reg. 2 præs. 3. ad n. 3.*

4. *Hippolit. de Marsil. in l. de minore §. plurimis n. 60. & seq. cum ibi laudat.*

5. *Ibid.*

6. *Sigon. de Regn. Ital. lib. 13. Gio. Batt. Pigna Hist. de Princ. da Este lib. 3. Foliet. Hist. Gen. lib. 2. Annales nostri sub anno 1164. alij.*

7. *Sigon. & Pign. vbi sup.*

8. *Galerat. vbi sup. c. de Sardinia Regn.*

Logodori, Torcitorius, Calari, ambo Reges vocabantur. Liquet præterea ex quibusdam allatis à nobis testimonijs, Corsicam ipsam seorsim ac nominatim Regnum appellari; Sed vt causa prorsus esset in tuto, sententiam tulit Carolus V. Cęsar, dum enumerans sua Regna, inter alia sępius se [1] Regem dicit, *Sardinię, Cordubæ, Corsicæ*, quibus verbis inter Sardiniam Corsicamque, dedita opera, vt puto, Cordubam collocans, duas illas Insulas Regna declarat esse distincta. Veruntamen si testimonijs hisce non contentus quispiam exigat adhuc ex recentiorum sententia à nobis admissum Ciuitatum numerum, sciat in Corsica esse totius Regni Metropolim Bastitam, vnde supremus Gubernator toti Insulæ ius dicit; dein Caluium, Algaiolam in prouincia Balanię, Aleriam, Adiacium, Bonifacium, Insulamque cum arce ac portu Caprariam, loca singula muris cincta, cum iurisdictione, ex quibus Aleria atque Adiacium Episcopos habent. Insunt præterea tres aliæ sedes Episcopales, Mariana, Nebium, Sagona, vt omnino sint decem Ciuitates cum Metropolitana. Sunt insuper in ea Insula pleriq; ius dicentes alij, sed quoniam in vicis (cum non secus ac Liguria vicatim habitetur Corsica) muros non habentibus, ius administrant, vicos illos Ciuitatis nomine appellare non ausim. Demonstratum itaque affatim esse putamus, Regnum esse Corsicam, non ex antiquissimo titulo, non ex Pontificum Cęsarumque ac Regum, & aliorum autoritate, non ex sententia scriptorum solum, sed ex potentia reque ipsa, etiam iuxta seueriorem opinionem: ideoque dubitandi ansam nullam cuiquam censemus esse relictam. Erat autem alioquin satis antę oculos posuisse, non minus posse iubere Genuensem Remp. populum liberũ, ac nemini obnoxium, suam hanc Insulam Regnum appellari, licet antea caruisset hoc titulo, quam potuerit olim Portugallię Rex Dionysius euehere Algarbiam ad Regni fastigium, cæterique quos recensuimus, pleraque Christianę Reip. Regna constituere; Quare etiamsi, vt probaremus, Regnum esse Insulam Corsicę,

Sum-

[1] *In ordinat. Imperial. tom. 1. pag. mihi 100. 141. & 149. & alibi passim. Castald. ead. q. 42. in fin.*

Summorum Pontificum atque Cęsarum vsi simus testimonijs, neutiquam tamen concedimus, hanc dignitatem ab eorum priuilegijs manâsse; sed cum habeat Insula illa statutum Ciuitatum numerum (si antiquus titulus regius non probetur alicui) iure à Genuensibus potuit ad Regiam dignitatem promoueri; ideoque & re, & iure Regnum est, non ex priuilegio.

### *In Genuensi Rep. Regiam esse dignitatem, quod illa Liguriam Corsicamque obtineat.* *Caput. VIII.*

ERit proculdubio persuadere facilius, eum Principem, qui re corporeque possideat Regna, ornatum esse regia dignitate, quam fuerit eamdem accomodare ei, qui olim Regna obtinuerit. Cum itaque in Genuensis Reip. potestate duo sint Regna, Ligusticum & Corsicanum, duplici titulo regia eius dignitas nititur. Aiunt [1] Iureconsulti, eum dici Regem, Ducem vel Marchionem, aut Comitem, ijsque dignitatibus frui, qui ad Regnum, Ducatum Marchionatum, aut Comitatum ius habuerit, siue, vt eorum vtar verbis, de aliquo horum fuerit inuestitus; idque nos etiam attigimus supra. Reperio prҿterea non à iure solum, à iusto videlicet titulo, regiam dignitatem esse tributam, sed ab ipsa etiā occupatione. Consultus à Francis [2] Zacharias Pont. Max. vter habendus Rex esset in Gallijs, an Childericus, ineptus quidē ac stupidus, sed ad quem Regnum iure spectaret, an Pipinus, Regij Palatij Præfectus, seu Maior-domus, vt appellabant, nomine, re autem supremus administrator Reip. satius esse respondit, Regem illum appellari, penes quem suprema potestas consisteret, Pipinum videlicet, qui summæ rerum prҿesset. Haud secus [3] Pius II. cum Regis Christianissimi Oratores expostularent, detractum de iure Renati Andegauensis, cum Neapolitani Regni titulus Ferdinando Aragonio est concessus, respondit, re-

gium

*1. DD. in c. 1. quis dicat. Dux et cat. cū alijs per Bon. de Curti'. de nobilit. part. 3. nu. 211.*

*2. Baron. annal. tom. 9. sub ann. 751.*

*3. Id. Pius cōment. rer. a se gest. lib. 2.*

gium titulum Regni possessori denegari non posse. Regnum igitur, siue ad illud ius habeatur, siue corpore occupetur, regiam tribuit dignitatem. Quanto magis eam obtinebunt, qui & iure, & reâpse Regna possident? Cum igitur Liguriam, & Corsicam demonstrauerimus Regna duo esse distincta, duplici, iam titulo eorum Regina Genuensis Resp. regia dignitate præfulget; Neque est quod opponi possit iusto illius in duobus hisce Regnis imperio; Nam si possessionem naturalem respiciamus, notum est vtrumque esse in eius potestate; si ius ac titulum præuium, quod attinet ad Liguriam, sui ipsius Rex est Resp., neque vltra hominum memoriam cuiusquam Maiestatem reueretur in terris, eoque iure se ipsam possidet, quod est optimum, naturali videlicet, quo quisque liber, ac sui ipsius dominus est. Quod ad Corsicam, titulus dominij est ius belli, [1] quo illa à Sarracenorum tyrannide est vindicata, ius nempe gentium, Pontificijs diplomatibus confirmatum, ijsque repetitis comprobatum; & ne alienum beneficium Regnum illud videri posset, Lucius II. Pont. Max. tributum impositum aliàs remisit Nostris, in remunerationem officiorum, quæ Apostolicæ Sedi præstiterant: iamque vltra sexcentos annos adeo iusto titulo acquisitum illud Regnum Resp. tenuit ac tenet. Cum itaque legitimis titulis duo hæc Regna Resp. obtineat, manifestum est, quod assumpsimus, eam duplici nomine regia frui dignitate; quã tamen dum vendicamus Reipub. non dicimus ideo quemquam in ea esse Regem. Hoc etenim nomen viro Genuensi, idest libero, ne nominandum quidem, vt [2] ille de Romanis aiebat, neque minus eorum detestari nomen consueuimus, qui Remp. labefactare, ac euertere, sibique in suos Ciues tyrannidem vsurpare aliquando sunt machinati, quam Romani olim Regũ mentionẽ odissent. Patriæ meę haud vulgaris est gloria, genuisse viros, qui Ciues esse maluêre, quam Reges; [3] Ianusque ille Rex Cypri, se Genuensium, apud quos & natus & educatus esset, mores

1. Sup. c. prox.

2. Cic. epist. fam. lib. 9. Vell. Paterc. lib. 2. Latin. Pacat. in Panegyr.

3. Foliet. vbi sup. lib. 9.

atque indolem imbibisse dicebat, qui exteras difficilesque regiones petere, easque subigere solerent, ipsi seruitutem tolerare nescirent. Quamuis igitur in Genuensi Rep. sit regalis dignitas, qui tamen eius gubernacula tenent, Ciues sunt, non Reges, & supremus Magistratus Dux est, qui tempore definitam, suffragijsque concessam, & carentem potestate legum ferendarum obtinet dignitatem, supremo Censorum Collegio reddendis rationibus obnoxius,[1] ideoque Rex appellari non potest. Non igitur ille[2] dominus est, qui suopte arbitrio imperet, sed est Magistratus inter alios præcellens, quique caput Reip. repræsentat; Regnum autem, atque Imperij Maiestas penes Concilium magnum residet,[3] quod Principis ac totius Reip. personam exhibet: cuius est ἀνυπεύθυνος ἀρχή, quod nullis reddendis rationibus est obnoxium. Eiusmodi quoque est[4] Dux Venetiarum, licet dum viuit ea dignitate fruatur; ac tametsi Reges Poloniæ, Sueciæ, & Daniæ, alijque, secundum illorum Regnorum leges, prius regnare non desinant, quam viuere, cum tamen leges condere nequeant, Reges aliàs appellari non possunt, aut regijs prærogatiuis frui, nisi quia singuli sui Regni caput repræsentant. Est in confesso[5] populum atque Ciuitatem liberam eligendi sibi Regem perpetuum habere facultatem, qua si non vtatur, sed temporarijs contenta sit Magistratibus, Regnum nihilominus esse non desinit, si Regnum possideat. Sic regia potestas, non tam[6] dicebatur immutata Romæ, inducto Consulatu, quam veluti annua facta. Sed de his affatim in aditu ad præsentem disceptationem, cum docuimus, Regiam dignitatem non conuenire minus plurium administrationi, quam vnius imperio. Quod autem præcipue ad Genuensem Remp. spectat, cum demonstratum sit à nobis, Regiam eius esse dignitatem, de tanto gradu non deijcitur ab eorum obtrectationibus, qui aiunt hanc dignitatem longo temporis interuallo, quo eam Genuenses non sunt professi, esse amissam. Nam etiamsi suam dignitatem Genuenses non fuissent professi,

cum

1. *Bod. de Ref. lib. 2. c. 3.*
2. *Martin. de Caraz. de Princip. quæst. 406.*
3. *Leg. nouar. Reip. Gen. c. 10.*
4. *Martin. de Caraz. ead. quæst. 406.*
5. *Bald. in Lex hoc iure. num. 9. & ibi Angel. nu. 11. Castren. nu. 17. Ias. num. 4. Dec. in l. si eandem. num. 3. ff. de off. asses. Aluar. in tit. quis sit Dux. col. 6.*
6. *Liu. hist. ab V. C. lib. 1.*

cum in ipsorum id esset potestate, ob id ius illam profitendi quandolibet non amisêre, cum ea quæ facultatis sunt, si omittantur, ideo tamen non [1] dicantur amissa, quod apud Iurisperitos est tritum, tum maxime, cum Maiores nostri, si hac dignitate vnquam vsi non sunt, nostro iuri detrahere, vel hilum nequiuerint, [2] quo minus ea, quę nobis iure debentur, recipiamus. Præterea cum ius sit inter omnes gentes commune, vt legitimus Regni possessor regia fruatur dignitate, etiamsi vel iure tantum sit Rex, & reâpse alioquin Regnum non possideat, [3] taciturnitas, aut prætermissio, de iure non derogat, neque eo traduci potest, vt ideo Maiores nostros ea se dignitate abdicâsse dicẽdum sit. Adde quod cum ciuilibus exterisque bellis afflicta lacerataque Resp. ne dum suam dignitatem proferre, sed nec etiam respirare diu valuerit, censentur Maiores nostri fuisse impediti, quominus ea exercerent, quę illius dignitatis sunt, si tamen vnquam exersere neglexerunt. Nunc autem superatis impedimentis, ac restituta Reip. quiete, iura nostra veteremque dignitatem, quasi quodam postliminio reuersam, recipere [4] prohiberi non possumus. Ita Poloni regia dignitate mulctati, post longum temporis curriculum, post annos videlicet CCXVIII. eamdem dignitatem recepêre, idque, veluti legitime factum, Christianæ Reip. Principes, communi consensu, agnouerunt. Ac sane poterant deliberare ac decernere, an sibi recipienda esset pristina dignitas; cum namque liber sint populus, in causa propria, non minus quam Cæsar ipse, [5] possunt ferre sententiam. Sic etiam Nostri, liber pariter populus, si Maiores de propria dignitate remiserunt, cognoscere possunt ac statuere, an illa sit Reip. restituenda, ac iuxta propriam sententiam pristinas prærogatiuas proferre. Quod cum faciunt minus adhuc sibi arrogant, quam qui primi Castellæ ac Portugalliæ Regna constituêre, qui vectigales erant alterius, qui non pristinam veteremque reduxerunt, sed nouam assumpserunt dignitatem.

*1. Bald. cons. 101. in princ. & cons. 329. circa med. lib. 2. Cuman. cons. 149. in princ. Abb. cons. 18. col. pen. lib. 2. alij communiter.*

*2. C. 1. de feud. March. c. Imperialem §. præterea Ducatus. de prohibit. feud. alienat. per Frideric. c. 1. de success. feud. late Tiraquell. de nobilit. c. 35. n. 4. Decian. cons. 19. nu. 44. & seq. lib. 3.*

*3. Gl. in l. fin. §. item si prædixerit. & ibi Bart. ff. nau. caup. stabul. Ias. in l. si fideiussor. 2. in pric. ff. qui satisd. cog. Decian. eod. cõs. 19. nu. 39.*

*4. L. 1. §. fin. C. de annal. except. c. quia diuersitatem. de concess. prebẽd. cum simil.*

*5. Bart. in l. 1. C. ne quis in sua caus. Barbat. cons. 27. nu. 9. lib. 1.*

### *Quemadmodum suae Reip. dignitatem Genuenses praetulerint.*
### *Caput. IX.*

IVRE igitur dignitate regia Genuensis Resp. est ornata, siue hanc tribuant Regna olim subiecta, siue seuerè exigas, vt Regna adhuc obtineantur. Hanc autem quemadmodum præferulerint Maiores Nostri consideranti, mirari non minus licet summam eorum modestiam ac temperantiam, quam eximiam fortitudinem & potentiam. Illi siquidem Sarracenorum flagellum, illi Christianę Reip. propugnaculum, illi Defensores Ecclesię, Regnorum largitores illi, præclarissima nobilissimaq; facinora fecisse contenti, inanes ostentationes; fumosumque vanorum titulorum ambitum olim neglexerunt. Sic in publicis tabulis, quibus collata beneficia, icta fœdera, pacta conuenta, transacta negotia continentur, Remp. passim,[1] *Commune Ianuae* appellari reperies. Sic in sacramenti tabulis, quo Barisso Sardiniæ Rex sese Regnũque suum clientelę Reip. committit, ipse Regem se vocat, Remp. verò vulgato verbo, *Commune:* neque ipsius patroni Genuenses titulum vllum exegêre. Sic dum Cencio Romano facultas est facta, *mittendi laboratum in mare*, vt habent tabulę,[2] Cencius ille Illustris dicitur, Resp. simplici verbo, *Commune*. Sic sexcenties alias; credoque ego Resp. omittere ac negligere titulos fuisse solitas, & sępius reperi Florentinam, Pisanam, Senensem aliasque Resp. nudo nomine semet *Commune* appellauisse: sed tantum inclytæ Venetorum Reip. tribuo, vt illius exemplum mihi instar omnium sit. Veneti igitur non magis titulos ambiuêre, quam Nostri: ideoque in publicis tabulis, absq; verborum fuco, passim legitur scriptum,[3] *Dux, Consiliarij, & Commune Venetiarum*, siue tantum, *Dux Venetiarum*. Addunt tamen suo nomini illius Reip. Duces, veluti[4] Nostri quo-

*1. In sacramẽt. Regũ Sardiniæ relat. sup. c. 4. pag. 39. nu. 2. in donat. Orat. Duc. Narbon. relat. eod. c. 4. ead. pag. 39. nu. 7. in elect. Simonis Boccanegr. extan. apud Frideric. Frideric. | Clem. V. P. M. in lit. ad Bertrand. Archiep. nostr. & ad Fr. Fortanerium Patriarch. Graden. relat. per VVadding. tom. 4. annal. Fratr. Minor. sub anno 1352. alibi passim.*

*2. Extat diploma in Tabular. public. in lib. 1. Iur. Reip. pag. 40.*

*3. In fœder. cũ Nostr. an. 1238. 14. Octobr. cuius tabul. extãt in eod. tabular. in cellul. 6. rer. Venet. Letter. de Princip. lib. 3. pag. mihi 58. & 254. Clem. V. in relat. lit.*

*4. In lit. Saluiconductus. Octauian. de Campofregos. extan. inter acta Concil. Lateranen. sess. 9. Petr. de Campofulgos. in epist. ad Alphous. Reg. Aragon. edit. post Iacob. Bracell. de bell. Hispanien. Christoph. Landin. & Barth. Miniator in Formular.*

quoque addere sunt soliti, verba illa duo, *Dei gratia*, quibus se instar Regum esse significent, solique Deo suam Remp. esse subiectam. Maiestatis autem nomine abstinent ambo, conscij suæ hanc non esse personę, sed Reip. totius, ac Serenitatis titulo sunt contenti.' *Excelsum* nihilominus *Commune Ianuæ* aliquando nuncupatum legas in diplomatibus ab ipsa Rep. concessis, regio plane, vt infra docebimus, titulo, quem tamen à clientibus potius, qui impetrabant, quam à concedente Rep. ambitum existimare licet perpendenti, in reliquis eamdem Remp. titulos neglexisse. Est forte etiam dignus, qui consideretur, Magnifici titulus, qui ante aliquot secula Genuensibus Patritijs ' tribuitur, ' Imperatorius' regiusque titulus, quo ' Alexander Seuerus Cæsar, honoris causa, Romanos Senatores compellabat: quoque diu ' Veneti sunt vsi, licet inde Clarissimi, demumq; Illustrissimi voluerint appellari. Nostri vero nobiles Ciues aliũ vsurpare coram Magistratibus ' Senatusconsulto vetantur. Quandoquidem igitur Maiores nostri vanam ac inanem isthanc titulorum pompam contempserunt, haud tamen æquũ est ideo censere, nostram Remp. sua dignitate fuisse deiectã, cum τὸ πρέπον ac Maiestatem retinuerit aliàs, regiaque cæterũ fecerint Genuenses facinora, ac regia potentia non aduersus Reges solum, sed aduersus Imperatores, sed aduersus plures potentissimos Principes iunctos, sint vsi. Omitto singula Nostrorum recensere gesta: omitto, inquam, verba facere de validissimis classibus á Nostris sępius aduersus Saracenos instructis, aduersus Pisanos identidem, & aduersus Fridericum II. Cæsarem, quibus summa, ac vere regia Genuensium potentia resplenduit; satisque erit Nostrorum innuere gesta nonnulla, quibus non æquales modo sese Regibus esse sunt professi, sed contra Reges, ac Imperatores, nullis externis freti subsidijs, bella & susceperunt, & confecerunt. Sanè vectigales habuisse Reges Sardiniæ ac Cypri illis concessisse Regna, exegisse & sacramentum & tributũ, facinus est maxime regium, nisi splendidius ac dignius

I 2 pute-

*1. In concessione Castri de Frascario à Rep. fact. Roland. & fratrib. de Passanis extãt. in eod. lib. 1. Iur. Reip. pag 45.*

*2. Ias. cons 38. in princ. lib. 3. Gius. Carneual. de titol. Zinan. dell' art. del segret. lib. 5.*

*3. L. vnic. C. de veter. lib 12. c. venerabilem de elect. Castald. de Impe. quæst. 2. vers. alias Imperator. Luc. de Penn. in l. omne semen. C. de pet. bon. subl. col. 2. lib. 10.*

*4. C. nouit & ibi Butr. nu. 7. de off. leg. Luc. de Penn. ead. col. 2. Castald. vbi sup. quæst. 59. n. 10.*

*5. Zinan. & Carneual. modo laudat.*

*6. Tom. Attio de titol.*

*7. Quod est fact. ann. 1581. 16. Nouembr. et extat impress. sub c. 4. leg. nouar. Reip. Gen.*

putemus esse regnare, quam idipsum iubere; eoque non solum Genuenses regalem protulisse Maiestatem arbitror, sed eam plane, quam ij, qui Reges se olim Regum dicebant ideo, quod Regibus imperarent. [1] Fridericum Ænobarbum Cæsarem, cum immensis copijs obruisset Italiam, Maiores nostri finibus arcere non sunt veriti, qui ab eius vesana impotentia Alexandrum III. Pont. Max. seruârunt, soli sese opponentes summę potentię, quam vniuersa Italia formidabat. E manibus alterius [2] Friderici itidem Cæsaris, ijdem Maiores nostri Innocentium IV. Pont. Max. eripuerunt, eidemque Cæsari, qui iunctus cum potentioribus Italię populis, Remp. oppugnabat, diutissime restitêre. [3] Ioannes Cantacuzenus, Gręcorum Cæsar, eo est redactus, vt Constantinopoli obsessus, propositas á Nostris conditiones accipere fuerit coactus. [4] Dominicum vero Cataneum, [5] aliosque Genuenses Ciues, qui priuatis opibus Andronico Iuniori, & iam relato Ioanni, Græcorum Imperatoribus, intulerunt bellum, afferre in animo non est, licet potentissimam arguant illam esse Remp. Ciues, qui priuatis opibus cum Cęsaribus bellum suscipere non dubitant. Petrum autem Cypri Regem, bello non solum à Nostris petitum, sed spoliatum, rursusque donatum Regno [6] supra retulimus. Alphonsum [7] Aragonum Regem, armis persequi prius non destitêre Nostri, quam captiuum cum Nauarrę Rege alijsque Proceribus duxissent. Vtinam quæ aduersa Veneti explicuêre vexilla, iuncta cum nostris in Barbaros explicuissent. Æternum vtinam fœdus illud fuisset, quod dudum est ictum inter duos hosce potentissimos populos, inter hæc duo, vt inquit [8] ille, Italiæ lumina. Vtinam tot cladibus datis & acceptis vtrinque, carerent historiæ. Inclytam ego Remp. Venetam nulli in toto terrarum orbe censeo postponendam, quę dignitate, quę potentia, quę rebus terrâ, marique gestis, semper illustris, magnifica semper, semper regia fuit. Imperat illa intacto libertatis iubare gloriosa; neque iunctę potentissimorum totius

1. Corio histor. di Milan. part. 1. Sigon. de Regn. Ital. lib. 15. Annalium nostr. intelligendus est author de his, quae anno 1161. acta sunt Genuae cum Alexander Roma pergeret in Galliam, non vero de his, quae anno 1176. acta sunt Venetijs [illegible] aduersaria. Foliet. hist. Gen. lib. 4. Sigon. vbi sup. lib. 16. 17. & 18. alij rer. eius aut script.
3. Gio. Villan. Chronic. parte prim. lib. 2. c. 72. ipse Cantacuz. hist. lib. 4. c. 31. alij rerum eius aut script. Annal. Venet. & nostr.
4. Cantacuz. hist. lib. 2. c. 29.
5. Ibid. lib. 3. c. 95.
6. C. 4.
7. Biond. dec. 3. lib. 7. Barth. Fac. de gest. Alphons. lib. 4. Pigna. hist. della Casa d'Este lib. 4. Bracell. de bell. Hisp. lib. 3. Foliet. alij.
8. Petrarch. in epist. ad And. Dandul. Duc. Venet.

tius orbis Principum vires, illius fundamenta labefactare potuerunt. Præstat supersedere narratione gestorum à Nostris in bellis aduersus tantam Remp. ne cum aliorum inuidia ambire dignitatem videamur. Prætermittere tamen non possum insigne illud maritimum prẹlium, quo Nostri Ioannis Cantacuzeni Græci Cẹsaris, Reique publicẹ Venetæ & Catalaunorum iunctas validissimas Classes, in Bosphori angustijs, profligârunt: cuius notissimam historiam, præclarissimorum [1] virorum scriptis decantatam, innuisse sit satis. Iam igitur ex paucis, quæ delibauimus, est luce ipsa meridiana clarius, Genuensem Remp. æqualem viribus, potentia, animis, ipsaque adeo re, sese Regibus ostendisse, quæ cum Cæsaribus bellum gessit, Reges armata vi iusto in bello manu cepit, Regna clientibus Regibus concessit. Quibus gestis contenti Genuenses, inani titulorum apparatu, suam dignitatem prædicare neglexerunt. Veruntamen cum superiori seculo vires assumerent tituli, Nostri quoque Ducem [2] *Illustrissimum*, ac [3] *Serenissimum* appellare cœperunt, ac *Serenissimum Senatum*, & *Serenissima Collegia*. Demum hoc nostro seculo, ne modestia Ciuium de iure Reip. remittere videretur, cum Vrbano VIII. ad summi Pontificatus apicem euecto, Legatis à Rep. ad profitendum Sanctæ Sedi obsequium Oratoribus viris Patritijs, in Aula Vaticani Palatij, quæ Regia dicitur, vbi Regum Oratores audiri consueuêre, datus non fuisset Senatus, licet Excellentiẹ titulo, qui Regijs tribuitur Oratoribus, fuissent salutati, habita deliberatione Patres, autores fuere post nonnullos annos, vt lege minoris Concilij sanciretur, ne Oratores dein ad Romanam Curiam destinarentur, antequam debiti, hoc est regij, à Summis Pontificibus honores Reip. decernerentur. Residebat tum in Romana Curia procurandis Reip. negotijs, Io: Baptista Lazanea Patritius noster, qui clarissimis legationibus pro Rep. dudum defuncti proaui alterius Io: Baptistæ sequens vestigia in Patriæ dignitate promouenda, ex Oratoribus vnus ad Vrbanum fuerat. Hic igitur Patrum iussu,

1. *Oor. ead. part. 2. Cantacuz. eod. lib. 4. c. 32. Matth. Vill. Chr. part. 1. l. 2. c. 58. Blõd. dec. 2. l. 10. Bizar. de bell. Venet. Platin. in Vrban. VI. Fac. de bell. Clod. Franciscus Petrarch. apud Blõd. eod. lib. 12. et apud Sabellic. hist. rer. Venet. dec. 2. lib. 3. Historici nostr omnes.*

2. *Earumd. leg. nouar. c. 1.*

3. *Ibid. in addit. ad c. 4.*

iussu; cum ipsi Pontifici, tum Cardinalibus alijsque eius Curiæ Proceribus singillatim latam legem significauit; & cum paucis ab hinc annis Christianorum Principum nonnulli suam dignitatem (neque enim quidquam detrahere de aliorum iuribus in animo est) profiterentur expressè, operæpretium visum est Patribus, nostrę quoque Reip. Maiestatem proferre. Quare Io: Francisco Brignole, Patritio clarissimo, ac Principe optimo, patrięque dignitatis amantissimo autore, qui tum temporis Dux clauum Reip. tenebat, à Patribus sancitum est, vt Duces futuri deinceps Regalibus ornarentur insignijs, Regiamque dignitatem Resp. profiteretur apertè. Inde cum relictis inclytæ in Deum pietatis exemplis, profusæque liberalitatis in Pauperes, mira cum modestia Io: Franciscus munus explêsset, eumque de nouo Duce creando excepissent comitia, anno CIϽIϽCXXXVII. atque Augustinum Pallauicinum, Patritium & clarissimum, & omnium solidarum virtutum genere ornatissimum, consona totius Ligustici imperij populorum votis, Electorum suffragia Ducem renunciâssent, qui grauissimis functus legationibus, per singulos Magistratuum gradus ad supremum istud culmen ascenderat, Genuenses, assumptæ in cœlũ Deiparæ cõmendatã Rep., regiã, hoc est quã eiusmodi nostrorum temporũ consensus arbitratur, coronam, publicis insignijs imposuêre: ne si suã nòn profiterẽtur dignitatem, exteris darent ansam existimandi, nostrã Remp. regijs carere prærogatiuis. Tũ voce scriptoque regia personuit dignitas Genuensis Reip. Tũ quę in eius potestate est Liguria, Ligusticum Regnum, Regalis ac Regia Ciuitas Genua appellari. Tum Corsica sub liberi populi imperio, quamuis subdita, sensit tamen suam se non amisisse dignitatem, Io: Baptista Lazanea, de quo modo meminimus, quique toti Regno pręerat, Reip. nomine regia eius Insulę insignia primum proferente. Tum passim Augustino Duci, licet liberæ Patriæ Ciui, licet liberæ Reip. temporario administratori, & viua voce & typis editis monimentis, solutà ligataque oratione, nuncupata vniuersorũ

vota,

vota, Regnum legitimo tempore administrandum capesseret, Regijsque ornaretur insignijs, Reip. Maiestate Rex, Legibus Dux, charitate pater esset vniuersis. Tum Ligurum Poetarum Musę.

[1] *At Tu purpureo longe spectandus in ostro,*
*O Ligurum Princeps, o nostri maxima cœtus*
*Gloria, magnanime cui circum tempora frontis*
*Ardet Cyrnaę moles operosa corona,*
*Fastus pande nouos; Regni cape sceptra secundis*
*Alitibus, bellique inter, cœlique procellas,*
*Vnde Europa fero iampridem euertitur æstu,*
*Dirige felicem turbata per æquora pinum.*

*1. Vincent. Rener. in carmin. Panegyr. de Serenifs. Duc. Augustin. Pallauic. elect.*

[2] Itemque.

*En tibi magnanimas Pallauicine phalanges;*
*Post captum imperium, & Regni data sceptra ferocis;*
*Cęlestis Regina chori, augustissima Virgo,*
*Prima sorte dedit Ligures dignata coronas*
*Sumere, & oblatam sacris altaribus vrbem;*
*Te Proceres inter primos, te numine fausto,*
*Cui primum ingentes pro se committat habenas*
*Seligit, & magnos gaudet concedere fasces.*

*2. Ibid.*

[3] Ac rursus.

*Ast vbi de Duce Concilij sententia magni,*
*Effluet in vulgus, populusque in Regia latus*
*Atria perrumpet, geminabitur undique plausus,*
*Gaudentesque frement ciues; nec finibus ullis*
*Gaudia consistent, subito spargetur in omnes*
*Fama plagas, uariasque feretur rumor in oras*
*Augustini utrumque sonabit nomine litus,*
*Et mare cum scopulis, pulsusque remugiet æther,*
*Pallauicinum Regem, Patrięque Parentem.*
*Excipiet medio plausus ex æquore Cyrnos,*
*Exultansque Ducem Dominę uenerabitur vrbis:*
*Patria quin etiam raros exquiret honores,*
*Et capiti Regale decus, primamque coronam*

*3. Mich. Castell. In Vaticin. de August. Pallauicin.*

Ac

*Ac Tyrios humeris, Regum gestamen, amictus.*
*Hos decet esse viri ornatus, quem Regna decerent*
*(Et nisi libertas obstaret, Patria Regem*
*De Duce fecisset) priuatis moribus ille*
*E solio contra viuet, nomenque paternum*
*In Duce suspiciet tenuis mea cura popellus,*
*Fraternum Proceres, adeo se partibus equis*
*Omnibus aptabit; præstabit munia Regis,*
*Otia sollicitis refouens, & commoda curis*
*Imperij Ligurum; nec enim securior usquam*
*Pax erit, aut placidæ uitæ iucundior usus.*

*Titulos regios ab exteris Genuæ, ac Genuensi Reip. fuisse tributos.*
*Cap. X.*

DE nominibus titulisque Maiores nostros parum fuisse solicitos superiori capite relatum est; quod sane nisi deliberatione habita non fecisse prudentissimos viros est consentaneum. Habebant quos imitarentur insignes illos Græcarũ Rerump. Ciues; habebant sapientissimos Romanos, qui titulos vsurpare non consueuerunt. Imitabantur hanc veterum modestiam Florentini, imitabantur Pisani, Senenses, ipsique Veneti, qui sermonis contenti simplicitate, inflatos titulorum epithetorumque ambitus neglexerunt. Obseruabant illi fortasse, quod in præsentiarum etiam occurrit, nullis certis sedibus vagari titulos, & methodo nulla circumscribi. Tituli autem nomen, licet aliàs Latinum sit, vt id tamen significet, quod modo intelligimus, videtur esse trãslatum. Intelligimus enim hoc vocabulo quoddam quasi prænomen, seu epitheton potius, honoris causa, præpositum nomini, quale vix vllum apud Latinos autores reperias: quare est, vt credam, inuectos à non Latinis titulos, á Latinis generale nomen sortiri non potuisse. Sed hæc præter propositum, disputanda relinquamus alijs. Quod ad nos attinet, eiusmodi tituli

vagi

[1] vagi admodũ fuere ac incerti, cuiusmodi adhuc sunt, ideoque eorum lubrica, ac fortasse inutilis est inuestigatio, eos in dies ambitione mutante; Veruntamen vt nihil causæ nostræ deesse ostendamus, in Genuensium modestia, regijs titulis, regiam dignitatem fuisse ab exteris agnitam demonstrabimus. Quod veluti nobis laboriosum scriptu, ita alijs graue lectu futurum existimamus; ideoque omisissemus libenter hanc lucubrationem, ni plerosque in titulis maximum esse momentum ad probandam dignitatem asserere comperissemus, in quibus nos ferme nullum arbitramur. Sunt ergo communi [2] Iureconsultorum suffragio hi titulorum gradus, Superillustris, Illustris, Spectabilis, & Clarissimus. Iuxta hanc distributionẽ, [3] Alciatus, Romanum Pontificem Cæsaremque, ac Regem Francorum Superillustres docet appellandos esse; Reges alios, ac Duces, qui regalem habent potestatem, hoc est nullius sunt clientes, Illustres; reliquos Duces, Marchiones, & Comites, qui pendent à Cæsaris autoritate, Spectabiles seu Speciosos; alios Duces, cęterosque, qui non à Cęsare, sed ab inferioribus sunt constituti, Clarissimos. Parum sibi constat idem Alciatus [4] alibi, & Superillustris titulum (dices [5] idem si Illustrissimum dicas) tanquam minime Latinum (cum fortasse Latine Perillustris dicatur) explodit, atque vt priorem titulorum numerum compleat, post Clarissimos, Perfectissimos collocat. Veruntamen ante [6] ipsum Isidorus gradus hosce Senatoribus tribuens, primum illum Superillustris, & hunc vltimum ab Alciato ascitum omittit, Illustribus Clarissimis, & Spectabilibus contentus, testaturque, inferius quartum genus non esse. Sed tam variæ, atque inter se dissentientes sunt circa hanc materiam opiniones, vt quidquam de ea statuere difficile admodum sit. [7] Alij namque non Regem Francorum modo, præter Cæsarem, & Summum Pontificem, sed reliquos etiam Reges, qui nullius sunt Vectigales, Superillustres esse contendunt, [8] Alij ad Illustres, cum cęteris Regi-

*1. Barbat. in c. nouit. de off. leg. Cagnol. in l. 2. nu. 147. ff. de orig. iur. & in l. prima nu. 6. vers. ideo. ff. de off. eius.*

*2. Gl. in §. cũq; hoc. in verb. Illustribus. instit. in proœm. & in l. qui indignus. ff. de Senat. Angel. in eod. §. cumque hoc. nu. 6. Decian. cons. 19. nu. 17. lib. 3. DD. in ead. l. 1. ff. de off. eius. vbi late Dec. & in l. 1. & in l. Imperium. ff. de Iur. omn. Iudic.*

*3. De sing. certam. c. 32.*

*4. Dispunct. lib. 3. c. 4.*

*5. Dec. in ead. l. 1. ff. de off. eius. Torq. Tass. Dial. della Nobiltà ò Forno 1.*

*6. Etymol. lib. 9. c. 4.*

*7. Dec. in ead. l. 1. nu. 14.*

*8. C. nouit. de appellat. c. tuam de orig. cognat. c. nouit. de off. leg. c. ex speciali. de Iud. c. grandi. de suppl. negl. Pral. in 6. not. in rubr. C. de tut. & curat. illustr. pers. Corset. de pot. Reg. part. 3. nu. 13. Alex. in prim. col. vers. sub quo autem gradu. ff. de off. eius. & ibi Bolognet. nu. 15. Prob. ad. Monach. in 2. proœm. num. 4.*

bus, Regem etiam Francorum reuocant.[1] Alij inter Illustres illos quoque connumerant, qui pluribus prouincijs, seu Ciuitatibus pręsunt, voluntque instar horum esse Cardinales & Patriarchas; Comites verò, & instar eorum Archiepiscopos, Spectabiles: Præsides demum, & instar eorum Abbates, Clarissimos vocant. Sentiunt[2] alij cum Alciato; atque asserunt, Pontificem Maximum Cæsaremque esse Superillustres, quorum sententiam impugnant[3] alij, qui nolunt congruere hunc titulum summis Christianæ Reip. Principibus,[4] qui non constituat superiorem gradum, sed culmen sit illius, in quo collocantur Illustres; Pontifex vero, & Cæsar solo nomine sint super omnes gradus conspicui. Porro quatuor horum graduum multo prolixior est appendix. Habent enim singuli synonyma, quæ singula persequendi non est otium, eaque delibabimus tantum, quę regia censentur. Occurrit primò Magnifici titulus, Illustris[5] collega,[6] Cęsarisque, ac[7] Regis Francorum proprius. Sūt qui prę Illustri Magnifico[8] primas deferant, hoc persuasi, quod ab Imperatore Iustiniano Tribonianus, inter alios noui iuris compositores[9] eximius ac præcellens, dicatur[10] Magnificus, sequentes alij duo, in orationis contextu, Illustres tantum appellentur. Certe Anonymus ille Monachus Sanctę Iustinę Paduanæ, qui suorum temporum conscripsit annales, quique floruit circa annum CIϽCCLXII. in[11] eadem periodo, Andream II. Regem Hungarię, Magnificum, eius vero filium Stephanum, Regno extorrem, Illustrem dicit: argumento, eo seculo Illustribus Magnificos pręstitisse. Hinc est, vt Magnificentię, ac Magnifici titulum solis Regibus conuenire tradiderit[12] Abbas Panormitanus, &[13] alij plerique. Hoc eodem gradu ponitur[14] Excelsi atque

Ex-

1. *Bald. in l.1. ff. de off. præf. Prat. & in c. cũ accessissent. nu. 6. de const. Corsett. eod. nu. 13. & seqq.*

2. *Spec. in tit. de Iurisd. omn. Iudic. in princ. num. 5. Bald. in eod. c. cum accessissent. nu. 6. Imola in c. solita de maior. & obed. cum relat. per Corsett. ead. part. 3. num. 14. Castald. de Imp. quæst. 3.*

3. *Quos sequitur, & refert Corsett. ead. part. 3. nu. 15.*

4. *Bald. & Corsett. vbi sup.*

5. *L. 2. C. de off. mag. milit. & in Auth. hac constitutio. in fin. collat. 8. c. satagendum. 25. q. 1. Luc. de Penn. in l. omne semper. C. de pens. bon. sublat. col. 2. lib. 10.*

6. *L. vnic. C. de veter. lib. 12. c. venerabilem. de elect. synod.* *Cõstantinopol. act. 10. in epist. Steph. PP. Luc. de Penn. ead. col. 2. Castald. vbi sup. quæst. 2. vers. alias Imperator.* 7. *Eod. c. nouit. de off. leg. & ibi Butr. num. 7. Luc. de Penn. ead. col. 2. Castald. vbi sup. quæst. 59. num. 10.* 8. *Luc. de Pen. ead. col. 2. Gius. Carneual. ragionam. de titoli. Zman. arte del segret. lib. 5.* 9. *L. 1. C de vet. Iur. enucl.* 10. *§. cumq; hoc. Instit. in proœm. L. præcipimus C. de appellat.* 11. *In Chronic. S. Iustin. Paduan. lib. 3. extant inter Germaniæ scriptores illustres edit. a Christian. Vrstisio.* 12. *In eod. c. nouit. nu. 2.* 13. *Carneual. vbi sup. alij modo laudat.* 14. *L. fin. C. de prox. sacr. scrin. lib. 12. Luc. de Penn. ead. col. 2.*

[1] Excellentiæ titulus, qui Regibus, & Imperatoribus accomodatur; imo contendunt[2] nonnulli, esse illum peculiarem Cæsaris, quamuis,[3] Francorum Rex Excellentissimus dicatur. Vocatur præterea Imperator[4] Egregius, & esse cōsuetudinis ferunt[5] alij, vt Reges appellentur Illustrissimi, Serenissimi, Excellentissimi, ac Inuictissimi.[6] Soli Cæsari tribuunt alij titulos istos, additis, Christianissimo, Victoriosissimo, & Inclytissimo; Regum verò titulos contrahunt ad positiuos, vt Illustres, Excelsi, Sublimes, Inclyti, Inuicti, Triumphabiles, Victoriosi, Excellentes, & Magnifici nuncupentur. Sunt[7] quidam liberaliores ijs Regibus, qui nullius sunt clientes, conceduntque illis eosdem titulos, quos Cæsari. Mirum deinceps, quot titulos, iterum Cæsari appingant alij,[8] Nobilis,[9] Nobilissimi, Sacratissimi, Religiosissimi, Sanctissimi, Pij, Felicis, Victoris, Inclyti, Triumphantis, Augusti, Diui, Potentissimi, Gloriosissimi, Clementissimi, Catholici, Mansueti, Sublimitatis, Celsitudinis Imperialis, Imperatoriæ Maiestatis,[10] Tranquillitatis, ac sexcentos alios. Aiunt attamen eum[11] Serenissimum, ac[12] Serenitatem appellari communiter, cuius[13] tituli, vna cum eximia illa[14] Maiestatis prærogatiua, illos etiam Reges faciunt participes, qui nullius sunt vectigales. Quis circumfluentes titulorum copias in ordinem redigat? Quis suum cuique Principi proprium aptet? Serenitatis, ac Serenissimi titulus, qui solis Regibus assignatur & Cæsari,[15] Episcopis etiam quadrat, & nostris temporibus, insigniores Duces quique illum sibi ascribunt. Illustrissimus[16] Doctor est, qui viginti annos in publica Academia fuerit professus. Quid si ad nostra descendamus tempora, cum annorum decursu facti sint tituli viliores? Illustrissimum iam[17] Nobilis quisq;

1. C. solitę. de mutorit. & ob. ead. l. 1. n. 28. ff. de off. eius.

2. C. nos. de pac Cōst. in vsib. feud. Castald. de Imp. quęst. 2. vers. quādoq; dicitur Imperator.

3. C. Excellentissimus. 11. q. 3. Purpurat. in ead. l. 1. ff de off. eius. nu. 119.

4. §. facimus auth. vt libert. de cat. Luc de Pēn. ead. col. 2.

5. Card. Iacobat. de cōcil. lib. 1. art. 10. col. 2. Corsett. ead. part. 3. n. 16. Castald. ead. quæst. 2. circa fin.

6. Laurent. de Aquileg. relat. per eund. Corsett. ead. part. 3 n. 15.

7. Quos refert & sequitur idē Corsett. ead. part. 3. nu. 17.

8. L. quæris. ff. de natal. Carneual. de titol. Zinan. eod. lib. 5.

9. Vid. Castald. ead. quæst. 2.

10. L. 1. C. quand. libell. Princ.



11. C. Salonitæ. 63. dist. l. Imperialis. §. similis. C. de nupt. l. 2. C. de alluu. l. deuetur. C. de met. & ep. lib. 12. in princ. l. fin. in pr. C. de his quib. vt indig. l. 2. C de Iur. dom. Imper. l. comperit. C. de præscr. 30. ann. in princ. cum alijs per Castald. ead. quæst. 2. vers. communiter nuncupatur. 12. Ead. l. comperit. & l. 1. C. de aduocat. diuers. Iud. 13. Bald. in c. 1. de pac. Const. in 2. lect. post med. Castald. ead quæst. 2.

14. In princ. Instit. l. 1. C. vt nem. priuat. Io. Redin. de Maiest. Princ in princ. nu. 2. 15. Clement. in plerisque. de elect. Barbat. de præstant. Cardinal. quæst. 1. nu. 20. Prob. ad Monach. eod. num. 4.

16. DD. in ead. l. 1. ff. de off. eius. & ibi late Purpur. n. 224. & seq. 17. Barbat. in c. nouit. de off. lega;

ſe fingit: Excellentiſſimum, & Excellentiam Medicus; Magnificum, & Magnificentiam ' Mercator etiam ſalſamentarius, nam ditiores, ac digniores ad Perilluſtres aſpirant. Solam Maieſtatem nemo vſurpare auſus eſt alius, quam Cæſar ac Reges, nam Sereniſſimi iam Duces, vt retulimus, etiam dicuntur, & Celſitudo, Sublimitas, alijque tituli de gradu fermè ſunt deiecti; quodque miraberis amplius, ' videbis identidem ſuperioribus ſeculis, in eadem epiſtola, Cæſarem aut Regem, modo Serenitatem, modo Maieſtatem, modo Sublimitatem, modo Excellentiam, modo Celſitudinem, modo etiam Nobilitatem appellari; Hinc eſt vt poſt conſtantem ac diuturnam obſeruationem, non longe abſim ab eorum ſententia, qui opinantur, nihili olim habitos titulos, & ad arbitrium cuiuſque fuiſſe tributos. Quod ſi nihilominus aliquando argumento eſſe poſſint, tum demum fore arbitror, ſi coęui tituli inuicem conferantur, & ſcribentis perſona conſideretur. Videntur enim tituli ſuas quodámodo ętates habuiſſe, & certũ eſt ſcribentes, quo digniores, eo in titulis fuiſſe atque eſſe parciores. Quas conditiones in propoſita quæſtione ſeruaturi, eos titulos tantum, ac eorum temporum colligemus, quos eodem æuo Genuenſibus fuiſſe tributos reperimus, habita ratione tribuentium, vt æquales æuo, æquales dignitate regios titulos Genuenſibus accomodáſſe oſtendamus. Anno igitur CIↃCX. ' Caliẋtus II. Pont. Max. Henricum V. Cęſarem, *Glorioſum Romanorum Imperatorem Auguſtum* vocat, & ' Iuo Carnotenſis, qui circa eadem tempora floruit, Regem Anglię *Glorioſi* nomine reueretur. Sic circiter annum CIↃCXL. ' Conradus III. Cęſar, Ioannem Comnenum, Græcorum Imperatorem, *Illuſtrem atque Glorioſum* inſcribit, qualem etiam ' Eugenius III. Pont. Max. circa annum CIↃCL. Regẽ Francorũ, aliuſq; Pont. Max. ' Innocentius III. quoq; eius nominis, qui floruit circa annũ CIↃCC. *Glorioſam Romanorũ Imperatricẽ* dicit. Deducitur hoc ' nomen à frequentia Claritatis pro C. appoſita G. litera, ſeu à laurea quæ datur victoribus Erat.

igitur

1. *Caſtald. ead. quaſt. 2. col. 4. circa med. Carneval. vbi ſup. in capp. del titolo di Nobile, e di Magnifico.*

2. *Vid. exempl. in epiſtol. decretal. Innoc. III. PP. lib. 1. pag. mihi 60. 224. 225. 227. 285. 310. 331. 502. & paſſim in epiſt. ad Reges Noſtri ad Reg. Aragon. ac Hieruſ. Helian. Spinul. ad eund. in epiſt. poſt Bracell. de bell. Hiſp. &c.*

3. *Concil. Lateran. ſub eod. Calixt. in princ. in epiſt. ipſius Calixt.*

4. *Epiſt. 71.*

5. *Apud Othon. Friſing. de geſt. Frider. AEnobarb. lib. 1. c. 24.*

6. *Ibid. c. 35.*

7. *Epiſt. decret. lib. 1. pag. mihi 266.*

8. *Iſidor. Etymol. lib. 10.*

igitur vndecimo illo á parta salute seculo Gloriosi titulus Cæsarum ac Regum à Pontificibus, à Cæsaribus, á priuatis. Genuenses autem eodem seculo anno videlicet CIƆCV. à [1] Balduino I. Rege Hierusalē, *Gens Gloriosa* appellātur, & anno CIƆCLIV. Pont.Max. Hadrianus III. Genuā Ciuitatē [2] *Gloriosam, & Inclytam, ac in remotis mundi partibus potentissimam*, nominat. *Nobilitatis* etiam titulus ac *Nobilis*, hoc est [3] non vilis, eiusque, cuius nomen, & genus est notum, regius quoque eo seculo fuit. [4] Ioannes, quem retulimus, Comnenus, Conradum Cęsarem, *Nobilissimum fratrem*, nuncupat, ac *Nobilitatem*; hic [5] illum contra *Nobilitatem* pariter, & Coniugem suam, *Nobilissimam*. Pontifex idem Hadrianus, qui Ciuitatem nostram *Gloriosam, & Inclytam* dixerat, Regem Hierosolymitanum *Nobilitatem* [6] appellat. Sic Innocentius III. [7] Regem etiam Dalmatię, [8] Venetorum autem Ducem *Nobilem*, vti etiam [9] Clemens V. Pontifex itidem Max.. Erat igitur ille titulus his temporibus Cæsareus inter Cęsares, hoc est à Principibus tribuebatur ijs, qui sibi ęquales erant dignitate, à Pontificibus verò regius. Nobilem Armeniorum Rex Leo integro ante seculo, anno scilicet CIƆII. [10] appellauerat *Vicarium Communis Ianuæ citra mare*, hoc est ratione nostri, trans mare, cum ipsum *Commune, potens* dixisset, digniori proculdubio titulo salutaturus, si supremo Reip. Magistratui vndecimo seculo scripsisset. Magnificentius Alexander III. Pont. Max. qui anno CIƆCLIX. scribens *Archiepiscopo, Canonicis, & Consulibus nostris, & vniuerso Clero ac populo*, ciues *Nobiles* dicit non solum, sed etiam insigni prærogatiua illos cohonestans, *STRENVOS DEFENSORES ECCLESIAE*, [11] nuncupat, qua non minus gloriari Nos decet, quam suis Reges Galliarum, Hispaniarum, & magnæ Britannię, quorum primum Christianissimi, secundum Catholici, tertium Defensoris fidei tituli inter alios Reges maxime conspicuos reddunt.. Neque secius *Excellentis*, atque *Excellentissimi*, & *Excel-*

1. In tabul. fœderis cum ipso extan. in tabul. Senat. in regest. comm. de lit. gross.
2. In lit. ad Reg. Hierosl. & ad Comit. Tripolis. relat. per Frtl. in apostill. ad relat. epist. n. 42. & extant. in Annal. Caphari. M. S. sub. anno 1154.
3. Isid. eod. lib. 10.
4. Apud Othon. Frl ing. eod. c. 24.
5. Ibid. c. 23.
6. In lit. mod. relat.
7. In epist. decretis pag. mihi 331.
8. Ibid. pag. 252.
9. In lit. ad Fr. Fortaner. Patriarch. Graden. dat. Auenion. Idib. Iul. ann. 11. relat. per VVadding. tom. 4. annal. Fr. Minor. sub ann. 1352. & in lit. ad Ioz Valēt. dat Auenio. 3. Iul. ann. 11. relat. ibid.
10. In tabul. conuent. cum eod. Reg. sub ann. 1002. 23. Decembr. extant. in tabul. public. in lib. 1. Iur. de litera grossa pag. 234.
11. Extant litera in eod. tabul. in lib. prim. Iur. Reip. pag. 67. & referuntur in eisdem apostil. num. 44.

*Excellentiæ* tituli regij fuere, & Cęsarei etiam à priuatis eodem vndecimo seculo, ac tribus sequentibus. Iuo Carnotensis, nuper laudatus, Regibus ' Francorum, & ' Anglorum scribens, vtrumque *Excellentem*, & *Excellentiam* vocat. Romani nominatum nuper Conradum Cęsarem, tanquam Dominum ad vrbem arcessentes, *Excellentissimum atque preclarum Vrbis, & orbis totius Dominum* ' inscribunt. Ipsemet Conradus Constantinopolitanum Cæsarem *Excellentiam* ' dicit. Ildebertus Cenomanēsis, ' Anglorum Reginam *Excellentissimam*, ' Stephanus Tornacensis ' Petrus Blesensis, qui cum Ildeberto vndecimo seculo vixere, Anglorum Regem *Excellentię* nomine salutant. Sic Innocentius III. Pōt. Max. ' eundem Regem ac ' Regem Hungariæ; sic Innocentius IV. Pont. itidem Max. qui Petri sedem tenuit circa annum CIↃCCXLV. " Regem Portugallię. Michael Palæologus, Græcorum Cæsar, anno CIↃCCLXI. in " fędere icto cū Nostris, *Excellentissimus* dicitur. Gregorius X. Pont. Max. " Abagha Tartarorum Regē circa annum CIↃCCLXXIII. *Excellentiæ* titulo dignatur. Maria Hierusalem Sicilię & Hūgarię Regina *Excellentissima* dicitur, sub anno CIↃCCCXIII. in eius epitaphio, quod extare fertur " Neapoli. Dominiū Venetum *Inclytum & Excelsum* appellatur in " tabulis, quibus anno CIↃCCCCXXXVII. beneficij nomine oppidum quoddam concedit Comiti Trusardo de Calepio. Quod spectat ad Nostros, *Excelsum* (idem est atque *Excellens* & *Excellentissimum*) nuncupatur *Commune Ianuę* in " tabulis, quibus sub clientela Reip. possidendum conceditur *Castrum de Frascario Rolando, & fratribus de Passanis* anno CIↃCXXXII. *Excellentissimis Ianuensium Consulibus* anno CIↃCLXVI. " scribit *Archiepiscopus, & Parlamentū Arelatense*. Idem Michael Gręcorum Cęsar, de quo nuper, in suis " literis circiter annum CIↃCCLXXII. *Victoriosissimum, & Excelsum Commune Ianuę* nuncupat; Eratque titulus hic *Excelsi* " peculiaris nostrę Reip. à Cæsaribus Græcis ac Tartaris, &

1. *Epist.* 196. & 239.
2. *Epist.* 106. & 201.
3. *Apud Oth. Frising. eod. lib.* 1. c. 28.
4. *Ibid. c.* 23.
5. *Epist.* 70.
6. *Epist.* 102.
7. *Epist.* 33.
8. *Eod. lib.* 1. *epist. decr. pag. mihi* 123.
9. *Ibid. pag.* 317.
10. *In c.* 2. *de suppl. neglig. prælat. post med. in* 6.
11. *Cuius tab. extant in cod. tabul. in lib. Dispositio Iurium pag.* 28.
12. *In Concil. Lugdun. sub eod. Gregor. Epist.* 3.
13. *In Ædib. Domnæ Reginæ relat. à Carnoual. ragionamēto de titoli.*
14. *Relat. à Decian. cons.* 21. *nu.* 45. *lib.* 1.
15. *Relat. c. super. pag.* 67. *nu.* 1.
16. *Extant lit. in cod. lib.* 1. *Iur. Reip. pag.* 426. *& referuntur in relatis apostill. num.* 141.
17. *Extan. in cod. tabul. cellula* 2. *referuntur ab eisdem apost. num.* 152.
18. *Eadem apost. num.* 141.

& à Regibus Neapolitanis. In præfatione [1] pacis factæ á Nostris cum Venetis anno CIƆCCCLV. Matthęus, Bernabos & Galeatius fratres Vicecomites *Excellẽtissimas, & Magnificas Ianuę & Venetiarum Vrbes* enunciant. *Excellam Communitatem Ianuę* dicit [2] scribens ad Nostros anno CIƆCCCCLXXIII. Nicolaus Marcellus Dux Venetiarum. *Inclyti* etiam titulum regalibus supra annumerauimus, [3] Græcum nomen, nam κλυτὸς Gręci Gloriosũ vocant, idemque est, atque [4] Illustris, Regiusque titulus etiam á priuatis. Carolus Rex Hierusalem & Siciliæ in relato epitaphio scribitur *Illustris, & Inclytus*. Franciscus Petrarcha, qui floruit circa annum CIƆCCCL. hunc tanquam Regum peculiarem titulum [5] aptat Regi Siciliæ. Eo ornatur Petrus Rex Cypri in [6] tabulis, quibus Regnũ accipit à Nostris anno CIƆCCCLXXIV. *Inclytum Senatum, Inclytam Ciuitatem Venetam* vocat anno CIƆCCCCLXVIII. Bessario Cardinalis in ea [7] epistola, qua illam Remp. donat sua bibliotheca. Atqui vetus hic erat Vrbis nostrę titulus, quam PP. MM. [8] Innocentius II. anno CIƆCXXXIII. *Inclytam*; [9] Hadrianus III. anno CIƆCLIV. *Gloriosam, & Inclytam*, [10] Alexander itidem III. anno CIƆCLXI. *Sublimem & Inclytam* nuncupant. [11] Angelus quoq; de Vbaldis, qui floruit circa annũ CIƆCCCCXX. Genuæ Ducem *Inclytum, & Illustrem* vocat. *Sublimis* etiam titulum, synonymum *Illustris*, inter alios regales percensuimus cũ eiusdẽ gradus alio *Celsitudinis*. Horũ [12] primo Iuo Carnotensis Reges Galliæ, & Angliæ reuerebatur; & Innocentius III. Pont. Max. [13] Imperatorem Constantinopolitanum compellabat, alteroque idem Innocentius eumdem [14] Imperatorem, Regesque [15] Francorum [16] Anglorũ & [17] Armeniorum. Decorat eodẽ titulo [18] D. Thomas Aquinas, qui floruit circa annum CIƆCCLXV. Regẽ Cypri, & [19] Gregorius X. anno CIƆCCLXXIII. Cęsarem Græcorum. Erant igitur ijs temporibus illi tituli Regum, non magis á Pontificibus, quam à priuatis. Atqui iam retulimus *Sublimem* appel-

1 *Cuius tabell. extant in eod. lib. 2. iur. pag. 98. & refer. ab eisd. Apostill. nu. 85.*

2. *Extant lit. in eod. tabul. in fo-liat. lit. à Princip. sub die 25. Ian.*

3. *Isid. eod. lib.* 10.

4. *Capac. del segret. lib. 1. c. 21.*

5. *Lib. 4. epist.* 51.

6. *Relat. sup. c. 4.*

7. *Extan. in lib. 1. delle lettere de Prenc. pag. 2.*

8. *In erectione Episc. Ianuen. in Archiep. cuius lit. extant in eod. tabul. cellula 3. & in eod. lib. 1. iur. Reip. pag.* 30.

9. *In relat. lit. ad Reg. Hierosol.*

10. *In confirmat. relat. erect. extant. in eod. lib. 1. pag. 67. & refert. ab usd. apost. eod. n. 141.*

11. *Conf.* 196. *num.* 1.

12. *Epist.* 106. 108. 127.

13. *Eod. lib.* 1. *epist. decr. pag. mihi* 224.

14. *Ibid. & ex solita. de maior. & obed.*

15. *Eod. lib. 1. pag. 220. & 225.* 16. *Ibid. pag.* 227. 285. 310. 17. *Ear. epist. dict. lib.* 2. *pag.* 552. 18. *De Regim. Princ. in proœm.* 19. *In Concil. Lugd. epist. prim.*

appellatam Genuam ab Alexandro III. Pont. Max. & *Excelsum*, à quo manat Celsitudo, passim dici solitum *Commune Ianuę* demonstrauimus. *Celsitudinis*, autem titulo cohonestatur Dux noster ab Eugenio IV. Pont. Max. in ' literis, quas vocāt in forma breuis, anno CIↃCCCCXXXIX. quo tempore tametsi crederem hunc titulum iam consenuisse, in Apostolicis tamen literis solos Reges eo dignari solitos tradit ' Autor tractatus de titulo regio Ducis Allobrogum. De *Magnifici* titulo, eiusque prçstantia, à nobis dictum est supra, cuius vocabulum, á ' magna faciendo ducens originem, apprime Cęsarem decet ac Reges. *Magnificentia* titulo exornat, Innocentius III. Pont. Max. Reges ' Franciæ, ' Angliæ, ' Armeniæ, & ' Hungariæ. Monachus ille Anonymus, de quo egimus, Andream II. Hungariæ Regem, *Magnificum* vocat, sic Rex alter Hungariæ Stephanus in relato epitaphio *Magnificus* inscribitur; sic in relata præfatione pacis cum Venetis à Nostris factæ, amborum Ciuitates, *Excellentissima*, *& Magnifica* nuncupantur. Petrus autem Narbonensis Archiepiscopus anno CIↃCCLXXIX. ' scribit, *Nobilibus*, *& Magnificis uiris Potestati*, *Capitaneo*, *Iuratis & Communi Ianuensium*; & in tabulis sæpe relatæ concessionis Regni Cypri, Dux Noster, *Illustris* & *Magnificus* appellatur. *Illustris* ' nomen notitiæ est, eumque indicat, qui clareat multis, aut splendore generis, aut sapientiæ, aut virtutis. Celebris est hic titulus Cæsarum & Regum: Iam " accomodatum hunc vidimus à Conrado III. Cæsare Græcorum Imperatori. Conradus idem, *Romanorum Illustris Rex* " dicitur ab Eugenio itidem III. Pont. Max. circa annum CIↃCL. idemque Pontifex Ludouicum Francorum Regem, *Illustrem & Gloriosum* " appellat." Hadriano IV. Pont. Max. circa annum CIↃCLIV. Fridericus Ænobarbus Cæsar *Illustris* est. Petro Blesensi circa hęc eadem tempora Rex Anglię, modo " *Illustris*, modo " *Illustrissimus*. " Villelmo Neubrigensi Rex idem cum Rege Francorum, *Illustres*. Innocentio III. Pont. Max. *Illustrissimi* " Constanti-

nopo-

1. *Extant in cod. tabul. in registro literarum Iac. de Bracellis Cācellar. in Armario primo, & refer. ab eisd. apost. cod. n. 141.*
2. *C. prim.*
3. *Isidor. eod. lib. 10.*
4. *Eod. lib. 1. pag. 64. 285. 305. 402.*
5. *Ibid. pag. 81. & lib. 2. pag. 375. 393.*
6. *Eod. lib. 1. pag. 312.*
7. *Ibid. pag. 345.*
8. *Extant lit. in eod. tabul. in lib. 1. Vetustiori Iur. pag. 301.*
9. *Isidor. eod. lib. 10.*
10. *Apud Oth. Frising. eod. c. 24.*
11. *Id. eod. lib. 1. c. 61.*
12. *Ibid. c. 35.*
13. *Apud Radeuic. de reb. gest. Frideric. lib. 1. c. 7.*
14. *Epist. 2. 54.*
15. *Epist. 47. 95.*
16. *Apud Baron. annal. tom. 12. sub ann. 1161.*
17. *Eod. c. sequen.*

nopolitanus Imperator, Reges ' Francorum,& ' Hieruſalem. *Illuſtres* verò idem ' Conſtantinopolitanus Cęſar, ' Romana Imperatrix, & Reges ' Francorum 'Hieruſalem, ' Angliæ, ' Danię, ' Sicilię, " Portugallię, " Hungariæ, " Dalmatię ac Diocliæ, " Nauarræ, " Aragonię, " Armenię, " Marocchi, " Caſtellę & " Suecię: *Nobiles* vero " Sueuię Duces, ac " Venetorum, Comiteſque " Niuernenſis, " Toloſanus, " Folcarienſis, ac Tripolitanus. In Epiſtolarum vero contextu Innocentius idem, Imperatores ac Reges modo " ***Celſitudinem***, interdum " ***Sublimitatem***, aliquando " ***Excellentiam***, nõnũquam " ***Nobilitatem***, quandoq; " ***Magnitudinem***, ſępe " Magnificentiam, " Serenitatem ſępius, fere ſemper tribus, aut quatuor titulis huiuſcemodi cõpellat. Duces vero & Comites " ***Nobilitatem*** aut " ***Diſcretionem***. Sed iſta ἐν παρόδῳ, vt liqueat æquales fuiſſe titulos *Celſitudinis, Sublimitatis, Excellentię, Nobilitatis, Magnitudinis, Magnificentiæ*, & *Serenitatis*, qui promiſcuè ſępe, ſępius iuncti ſimul ab eodem Pontifice Imperatoribus, ac Regibus accommodarentur; vtque redeamus ad *Illuſtres*, probat huius Pontificis autoritas, nihilo digniorem *Illuſtri* eſſe *Illuſtriſſimum*, qui prudentiſſimus Princeps leuitatis, aut imprudentię eſſet arguendus alioquin, cum Cęſarem Conſtantinopolitanum, Regeſque Francorum & Hieruſalem inęquabili conditione tractâſſet, *Illuſtriſsimos* aliàs, aliàs *Illuſtres* appellans. Reperitur inſuper in eiuſdem Innocentij " epiſtolis, Philippo Francorum Regi à Baldo Flandrię Comite pręſtitum ſacramentum, quo ille Patronum Regem non alio titulo veneratur, quam *Illuſtris*. Romani Pontifices " Innocentius IV. anno CIƆCCXLV. Francorum Regem, " Gregorius X. anno CIƆCCLXXIII. Græcorum Imperatorem, ac " Tartarorum Regem, " Clemens V. anno

L CIƆ-

1. *Eod. lib.* 2. *ep. decr. pag. mihi* 505.
2. *Ibid. pag.* 549.
3. *Eiſdem ep. decr. lib.* 1. *pag.* 223.
4. *Ibid. pag.* 10.
5. *Ibid. pag.* 2. 81 225. *&* *lib.* 2. *pag.* 375. 393. 549.
6. *Eod. lib.* 1. *pag.* 286. 312.
7. *Ibid. pag.* 64. 123. 139. 227. 285. 305. 310. *&* *lib.* 2. *pag.* 401. 402.
8. *Eod. lib.* 1. *pag.* 249.
9. *Ibid. pag.* 266. 267. 317.
10. *Ibid. pag.* 60. 146. 288.
11. *Ibid. pag.* 3. 4. 155. 317. 345. *&* *lib.* 2. *pag.* 433.
12. *Eod. lib.* 1. *pag.* 331.
13. *Ibid. pag.* 124. 350.
14. *Eod. lib.* 2. *pag.* 378. *& c. quanto. de Iureiur.*
15. *Eod. lib.* 2. *pag.* 527. 551. 553. 555.
16. *Ibid. pag.* 368.
17. *Eod. lib.* 1. *pag.* 146.

18. *Ibid. pag.* 249. 19. *Ibid. pag.* 139. 20. *Ibid. pag.* 252. 21. *Ibid. pag.* 86. 22. *Ibid. pag.* 257. 23. *Ibid. pag.* 265. 24. *Vbi ſup. de hoc titul.* 25. *Vbi ſup. de hoc tit.* 26. *Ibid.* 27. *Ibidem* 28. *Eod. lib.* 1. *pag.* 124. 29. *Vbi ſup. de hoc titul.* 30. *Eod. lib.* 1. *pag.* 2. 10. 220. 224. 225. 305. 310. 312. *&* *lib.* 2. *p.* 555. 31. *Eod. lib.* 1. *pag.* 6. 155. 32. *Ibid. pag.* 8. 33. *Eod. lib.* 1. *pag.* 81. 34. *Epiſt.* 3. *ante act. concil. Lugd. ſub eod. Innoc.* 35. *Epiſt.* 1. *ante act. concil. Lugd. ſub eod. Gregor.* 36. *Ibid. epiſt.* 3. 37. *In epiſt. ante act. concil. Vienn. ſub eod. Clem.*

CIƆCCCVI. Cæſarem & Reges, ad quos dat literas, appellant *Illuſtres*. Idem titulus eſt, in relato ſæpe epitaphio, Roberto Regi Hieruſalem, & Hungariæ, eidemque idem in alio etiam epitaphio, quod extare fertur in eadem Ciuitate 'Neapoli. 'Franciſcus Petrarcha Venetorum Ducem exornat hoc titulo. 'Bartolus, qui ferme cum Petrarcha floruit, 'anno videlicet CIƆCCCL. Cæſarem *Illuſtriſſimum* ſalutat. Maria de Francia, Imperatrix Conſtantinopolitana, eodem titulo ornatur in alio epitaphio, quod fertur quoque eſſe 'Neapoli ſub anno CIƆCCCLXVI. In Conſtantienſi concilio anno CIƆCCCCXVI. Cæſar Sigiſmundus, ac Reges Hieruſalem, Siciliæ, Caſtellæ, Legionis, Angliæ, Aragoniæ, Portugalliæ, ac Nauarrę, *Illuſtres*' dicuntur, & hic poſtremus' *Illuſtriſsimus* etiam. Anno vero ſequenti in eodem concilio, Cæſar idem, Caſtellę, Legionis ac Nauarræ Reges *Illuſtres*' appellantur, vt iam etiam hinc appareat, *Illuſtres*, atque *Illuſtriſsimos* eiuſdem gradus fuiſſe, cum Rex Nauarræ modo *Illuſtriſsimus* modo *Illuſtris* dicatur; Cęſar vero, hoc Rege proculdubio non inferior, *Illuſtris* tantum.' Baldus qui " iiſdem temporibus iura interpretabatur, Regem *Illuſtrem* ſalutat, atque hunc Regum eſſe titulum " profitetur. Venetiarum Dux in relata conceſſione facta Comiti Truſardo *Illuſtriſſimus* dicitur, & *Illuſtriſſimus, ac Inuictiſſimus* anno CIƆCCCCLXVIII. à " Beſſarione Cardinali, rurſuſque *Illuſtriſsimus & Excellentiſsimus* in formulis epiſtolarum Chriſtophori Landini Florentini, quæ extant vulgatæ typis Caietæ anno CIƆCCCCLXXXVII. & in alijs itidem formulis Bartholomęi cuiuſdam Miniatoris, quæ extant editæ Venetijs apud Ioannem Baptiſtam Seſſam, anno CIƆIƆV. *Illuſtriſsimus* dicitur Rex Anglię in " concilio Lateranenſi, anno CIƆIƆXI. *Illuſtriſsimum* " *Dominium Venetorum* in eodem Concilio anno ſequenti, & poſt annum ibidem *Illuſtriſsimus* " *Rex Poloniæ*. Leo X. Pont. Max. in " ea conſtitutione, qua Henricum VIII. Angliæ Regem *Defenſoris fidei* titulo ornauit, eum *Illuſtrem* inſcribit, anno CIƆIƆXXI. demumque,

1. *Ad S. Laurentij, vt refert Carneual. vbi ſup.*
2. *In epiſt. ad And. Dandul.*
3. *In tract. de Regim. Ciuit. n.* 16. & 18.
4. *Forſter hiſt. Iur. Ciuil.*
5. *Ad S. Claræ, & refertur ab eod. Carneual.*
6. *Seſſ.* 22.
7. *Seſſ.* 35.
8. *Ead. ſeſſ.* 35.
9. *Conſ.* 18. *n.* 3. *lib.* 5.
10. *Mantua de vir. Illuſtr.* 48.
11. *In addit. c. cum acceſſiſſent. nu.* 6.
12. *Vbi ſup.*
13. *Seſſ.* 8.
14. *Seſſ.* 4.
15. *Seſſ.* 7.
16. *Conſt.* 47. *ex ſuperna.*

que, ne diutius in his tricis moremur, Tiberius Decianus, qui floruit circa annũ CIↃIↃL. Venetos *Illustrissimos* vocat. Liquet igitur ex allatis exemplis, quinque fermè integra secula hunc titulum Cæsareum ac Regium fuisse etiam à priuatis. Ad Nostros quod attinet, scribens Genuensibus D. Bernardus circa annum CIↃCXXXV. Genuam *Ciuitatem Illustrem* appellat, qui titulus regiæ tantum conuenit vrbi, cum aliæ habeant nullum. Michael Palęologus, Gręcorum Cęsar, quique eum excepit in Imperio Andronicus, Genuenses Consules *Illustres* nuncupant. Iunior alter Andronicus Græcorum etiam Imperator anno CIↃCCCXXXV. *Commune Ianuę Illustre* salutat. Dux noster *Illustris* dicitur in relata concessione Regni Cypri. Baldus idem, qui *Illustris* titulum proprium esse Regum dixerat, *Illustrem* Ducem nostrum appellat, & Angelus eius frater, *Inclytum*, *& Illustrem*. Sic *Illustrem* vocat eumdem Iason qui floruit circa annnm CIↃIↃ. Ipseque Leo X. Pont. Max. anno CIↃIↃXIV. septem videlicet annis, antequam in relata constitutione Angliæ Regem *Illustrem* dixisset, Vrbem nostram *Egregiam* atque *Illustrem* in plerisque suis literis nominat. In Concilio prætera Lateranensi, Octauianus de Campofregoso, *Illustrissimus Dux Ianuæ*, appellatur anno CIↃIↃXV. Sumus tandem ad *Serenitatis* ac *Serenissimi* titulum delati; atque vtinam in hac etiam serenitate fluctuans inconstantia non sit, qualẽ in alijs titulis nacti sumus. *Serenitatis* itaque titulus in contextu literarum, & orationis, tribuitur à Pontificibus Max. duobus Innocentijs III. & IV. & à Clemente V. Cæsaribus ac Regibus. Titulus autem *Serenissimi* & γαληνότης, quemadmodum apud Gręcos est, cum *Tranquillissimo* conuenit, quales olim Cęsares Constantinopolitani dicebantur. Non est cur tempus teramus in docendo, quod est apud omnes in confesso, non Regium solum hunc titulum, sed etiam Cęsareum esse. Monebimus tamen, *Serenitatis* titulum synonymum fuisse, ac promiscue vsurpari solitum, cum *Excellentia*, *Magnificentia*, alijsque,

1. Forster. vbi sup.
2. Cons. 20. n. 8. lib. 3.
3. Epist. 129. & apud Baron annal. tom. 12. sub ann 1135.
4. Decian. cons. 19. n. 20. lib. 3.
5. Extant lit. in e d. tabul. in cell. 2. & referuntur ab eod. apoll. nu. 152.
6. Extant lit. in ead. cell. 2. & referuntur eod. nu. 152.
7. Extant lit. in e d. tabul. sub 8. Apri. 1355. in lib. 1. iur. e 11. gross. pag. 465.
8. Cons 80. in fin. lib. 3.
9. Cons 196. num. 1.
10. Cons. 107. lib. 1. in Them. cons. pen. circa fin. lib. 4.
11. Dat. 8. Kal. Iul. ann. 1. in eius. epistol. per Bembum edit. lib. 3. ep. 14. & ep. 18. Dat. 4. Kal. Iul.
12. Sess. 10.
13. Synod. 8. act. 7. in ep. Hadrian. PP. ad Imp. & in fin. act. in simili ep.

alijſque, quos retulimus nuper, cum de titulis ab Innocentio III. tributis ageremus; ideoque Conradus III. Cæſar in ſuis [1] literis Maieſtatem, Serenitatem & Excellentiam ita confundit, vt manifeſto appareat, nihil intereſſe. [2] *Sereniſſimi* etiam titulus nihil amplius habet, quam ille *Illuſtriſſimi*, aut *Illuſtris*, aut *Excellentiſſimi*. Sic Rex Hieruſalem & Hungariæ Robertus, quem modo inter *Illuſtres* recenſuimus, in alio [3] epitaphio ſub anno CIƆCCCXXV. *Sereniſſimus* inſcribitur. [4] Franciſcus Petrarcha Cęſarem *Sereniſſimum*, quique eodem cum illo tempore vixit [5] Bartolus *Illuſtriſſimum* appellat. Petrus ille Rex Cypri in relata conceſſione, modo *Sereniſſimus & Inclytus*, modo *Inclytus* tantum, modo *Illuſtriſſimus* dicitur. Sigiſmundus Cæſar in Conſtantienſi Concilio anno CIƆCCCCXV. [6] *Sereniſſimus* eſt, anno ſequenti [7] *Illuſtris*, inde anno etiam ſequenti iterum [8] *Sereniſſimus*, atque in eodem Concilio plerique Regum eamdem titulorum inconſtantiam experiuntur. Baldus modo [9] *Sereniſſimos* Reges appellat, modo [10] *Illuſtres*. Beſſario Cardinalis in relata epiſtola anno CIƆCCCCLXVIII. Dominium Venetū *Illuſtriſſimum, & Excellentiſſimum* ſalutat; Regem verò Caſtellę anno CIƆCCCCXCII. [11] *Sereniſſimum* compellat. Idemque *Dominium* anno CIƆIƆXII. in Concilio Lateranenſi modo [12] *Illuſtriſſimum, & Sereniſſimum*; modo [13] *Illuſtriſſimum* tantum eſt. Quin Tiberius Decianus, illud idem modo *Sereniſſimum*, modo *Excelſum* modo *Illuſtriſſimum* nuncupat in eadem [14] diſceptatione. Atqui negari non poteſt Regium hunc eſſe titulum. Videamus ergo an fuerit Noſtris tributus. Anno igitur CIƆCCCLVII. Raynerius Cephaloniæ, ac Sanctæ Maurę Dominus [15] ſcribit, *Sereniſſimo Principi Simoni Buccanigra, Dei gratia Ianuenſium Duci*. Anno CIƆCCCCXV. Centurio Princeps Achaiæ, & Ciuitatis Neopanti Dominus, Oratores [16] deſtinat, ad feriendum fędus *cum Sereniſſimo Duce, ac Illuſtriſſima Communitate Ianua*. Franciſcus Philelphus in ſuis epiſtolarum formulis, anno CIƆCCCCXXXVI. ſcribendum [17] docet, *Sereniſſimo*

1. *Apud Oth. Freising. iiſd. capp. 23. 24.*
2. *Torquat. Taſſ. in dial. Forno 2. ſeu. della nobiltà 2.*
3. *Quod extare dicitur etiã Neapoli ad D. Claræ & refertur ab eod. Carneual.*
4. *In epiſt. ad Carol. IV.*
5. *Iiſd. nu. 16. & 18.*
6. *Seſſ. 15.*
7. *Seſſ. 22.*
8. *Seſſ. 35.*
9. *Conſ. 182. n. 3. lib. 5.*
10. *Conſ. 18. n. 3. eod. l. 5. & in c. cum acceſſiſſent. de cõſt. n. 6.*
11. *Lettere de Prenc. lib. 1. pag. 3.*
12. *Seſſ. 2.*
13. *Seſſ. 4.*
14. *Conſ. 21. nu. 44. & ſeqq.*
15. *Extant lit. in eod. Tabul. in lib. 2. Iur. Reip. ſub ann. 1357. & refer. ab eiſd. apoſtill. n. 141.*
16. *Extat mãdatũ ſub die 20. Nouemb. 1414. in tabular ſecre. Reip. ſcrinio tertio, cellula 3. ſcripturarum ſolutarum.*
17. *Ex relat. apoſt. nu. 141.*

*nissimo atque Glorioso Principi Domino Thomæ de Campofregoso Ianuensium Duci*. Eidem scribit Landinus in suis, *Serenissimo atque Gloriosissimo Principi & Domino, Dei gratia, Ianuensium Duci*. Sic anno CIϽCCCCXLV. [1] Bononiensis Resp. *Serenissimo atque Gloriosissimo Principi & Domino D. Raphaeli Adurno Ianuensium Duci*. Miniator in suis formulis perinde scribit atque Landinus. Anno CIϽIϽLXXXVII. Sixtus V. Pont. Max. Senatum Genuensem *Serenissimum* appellat in quodam [2] chirographo, quo iubet Castellinum, & Ioannem Augustinum Pinellos Tribunos, seu vt vulgo aiunt, *Depositarios Generales* ęrarij Apostolici, certam pecunię summam erogare illi, cui Senatus mandâsset. Nostris temporibus [3] Gabriel Zinanus de officio eorum scribens, qui sunt ab epistolis, *Serenitatis* titulum Duci nostro assignat; Ferdinandus autem III. Cęsar anno CIϽIϽCXLI. non solum *Serenissimi* titulum Duci, *Illustrium* verò Gubernatoribus Genuensis Reip. tribuit, sed etiam ab alijs Imperatoribus tribuendum esse publico [4] decreto sanciuit; Ac nuper Rex Magnę Britannię Carolus præcedēti anno CIϽIϽCXLV. [5] scribit, *Serenissimo Duci, & Excellentissimis Gubernatoribus Serenissimæ Reip. Genuensis*, ac Ducem quidem, *Serenitatem*, Gubernatores vero, *Excellentias* appellat; & nouissime Polonorum Rex Vladislaus eodē anno [6] scribit, *Serenissimo Principi, Domino Lucę Iustiniano Duci Genuensium*, ipsamq; Remp. *Serenissimam* dicit. Veruntamen hunc *Serenissimi* titulum cum *Celsitudine* Duces iam sibi assumpserunt. *Maiestatis* nomen est adhuc penes solum Cæsarem ac Reges. Duces verò Rerump. quę Ducibus Monarchis sunt digniores, *Celsitudinis* titulum sua conditione inferiorem existimantes, *Maiestatem* verò, vtpote quę ipsius Reip. sit, ac penes illam remaneat, prætendere nequeuntes, [7] *Serenitatis* titulo sunt insignes, qui mos ac stylus nostris temporibus obtinet. Omittam Cęsareum esse [8] *Potentissimi* titulum. Omittam *Inuictissimos* appellari [9] Fridericum Ænobarbum á Rege Angliæ Henrico II. & Carolum V. Cæsares in [10] Tridentino Concilio

1. Extant liter. in eod. tabul. public. in foliacio literarum à Principibus & refer. eod. num. 141.
2. Quod extat in eod. tabul. secret. in capsula priuileg. & refer. eod. n. 141.
3. Dell'art. del Segret. lib. 5.
4. Quod extat in eod. tabul. dat. sub die 2. Sept. 1641. in foliatio literarū à Princ. M. S. b m à Secretis
5. Oxonij 8. kal. Feb. extātq; litera in tabular. publ. in foliat. liter. à Princ. M. Dulmeta à Secret.
6. Varsauiæ 4. Aug. extā: q; litera in Cācellar. M. Pody à Secretis.
7. Capacc. del Segret. lib. 1. c. 31.
8. Giannott. parere sop. il trattat. del titol. Reg. di Savoia pag. mihi 46.
9. Apud Radeuic. od. c. 7.
10. Sess. 4. 15.

lio, quamuis [1] vtroque titulo sæpius Nostri decorentur, Omittam Genuæ ac Venetiarum Vrbes [2] *duo Italię lumina*, appellari. Ad satietatem vsque in titulis fuimus.

### *Quanti Genuensis Resp. ab exteris fuerit habita; & plerosque Genuam Ciuitatem Regiam, eiusque Principatum Regnum nuncupâsse.*

### *Caput. XI.*

SED hanc titulorum pompam adhibuimus ideo, ne quisquam nobis dicam scriberet, eoque solo nomine causam condemnaret, si eos omisissemus. Monemus tamen, nos haudquaquam asserere, à nobis relatos titulos Regum esse peculiares, & forsan inferioribus Principibus non fuisse tributos. Quod poteramus ab ijs argumentum deduximus, eorum ętatem, atque tribuenrium dignitatem conferentes, vt promiseramus. Cęterum habeant illi quantumlibet autoritatis; Nostra sane Resp. maximi ab exteris Principibus semper fuit ęstimata, quod illi tum titulis, vt docuimus, tum (veluti modo sumus ostensuri) factis, quę magis rem ipsam declarant, demonstrârunt. A Romanis Pontificibus ducentes exordium, expediemus quanti apud Christianos Principes Genuensis Resp. sit, quo eius dignitas appareat. [3] Innocentius igitur II. vt Nostros ac Pisanos conciliaret inter se, Pisasse contulit. Eòdem profectus, vt hoc idem præstaret [4] Gregorius VIII. Pisis est mortuus. Obijt [5] Innocentius III. Perusiæ in itinere hac eadem de causa suscepto. [6] Vrbanus II. expressum Legatum misit ad Genuenses, vt ad sacrum bellum hortaretur. [7] Eugenius autem tertius Legatum etiam legauit ad Nostros, vt eorum animos in Sarracenos Afros inflammaret. [8] Cœlestinus III. Pandulphū Cardinalem Legatum misit ad res inter Nostros ac Pisanos componendas. [9] Gregorius de Romagia Gregorij IX. Legatus apud Nostros fuit. [10] Vrbanus IV. Legatum alium ad pacem

*1. Hadrian. IV. in relat. epist. ad Reg. Hierus. Petrarch. in ead. epist. ad Dandulū Blond. dec. 2. lib. 10. & dec. 3. lib. 1. in stēmate familia Grimalda, quod extat in tabular. Princ. Monœci, alij.*

*2. Petrarch. in ead. epist. ad Dandulum.*

*3. Blond. dec. 2. lib. 3. Platin. in Innoc. II.*

*4 Blond. dec. 2. lib. 6. Platin. in Gregorio VIII.*

*5. Platin. in Innoc. III. Sigon. de Regn. Ital. 16.*

*6. Iac. de Voragin. in Chron. Ian. M. S. part. 11. c. 16.*

*7. Foliet. hist. Gen. l. 1.*

*8. Sigon. de regn. Ital. l. 15. annalium nostr. script. sub an. 1196.*

*9. Sigon. de regn. Ital. lib. 18. sub ann. 1241. Caphar. annal. nostr. M. S. sub eod. ann.*

*10. Platin. in Vrb. IV.*

pacem inter Nostros Venetosque conciliandam destinauit. [1] Gregorius X. Philippo cognomento Audaci, Francorum Regi persuasit, vt Cremonę commoraretur, quo esset autor compositionis inter Venetos ac Nostros. [2] Bonifacio IX. socij fuere Genuenses in pace conficienda inter Mediolani Ducem, & Florentinam Remp. [3] Clemens VI. Episcopum Patauinum Cardinalem expressum Legatum Genuam misit, quo dissidentes Ciuium animos ad pacem hortaretur. [4] Eugenius IV. fidei publicæ diploma petijt à Nostris, quo Græcorum Imperatorem ad Oecumenicam Florentinam synodum venire permitterent. [5] Alexander VI. Genuensium Oratores Florentinis præposuit. [6] Iulius II. Ferrariensibus, cũ vtriusque Pontificis tempore forte in controuersiam vocarentur primæ, quæ post hominum memoriam Nostris præ Ferrariensibus, ac Florentinis in Romana curia [7] deferebantur. Sed quanti faceret Genuenses manifeste dudum ostenderat [8] Gelasius II. qui vt Henrici V. Cęsaris conatus declinaret, non perfugit ad alios, quam ad Nostros quorum opem per expressum Legatum implorauit, nostrisque decem triremibus exceptus Caietę, Genuam incolumis peruenit. Haud secus [9] Innocentius IV. ad suos Ciues confugiens, è viribus Friderici II. Cęsaris, à quo Sutrij obsidebatur, ereptus est, ac viginti duarum triremium classe in Patriam deuectus. Prætereo [10] Ioannem VIII. [11] Innocẽtium II. [12] Alexandrum III. [13] Vrbanum VI. aut ex hostium manibus seruatos, aut in sedem restitutos, quoniam tametsi cum illis regiè prorsus Nostri se gesserint, documenta tamen non habeo, quibus doceam, illos Pontifices ad Genuensiũ subsidia cõfugisse. Certũ tamen est, maximi ab ijs ęstimatã fuisse Rẽp. cuius potentiæ, cuius fidei suam salutem dignitatemque crediderunt. Demum cum anno CIƆIƆLXXVI. discordiæ ciui-

1. Plat. in Greg. X. P. Æmyl. de gest. Franc. in Phil. III.

2. Ant. in Chron. part. 3. tit. 22. c. 3. §. 14. Plati. in Bonif. IX. alij.

3 Georg. Stell. Iustinian. alij annal. nostr. script. sub ann. 1345.

4. Extant eius l. in act. concil. Florent. edit. à Cardinal. Horatio Iustinian. part. 1. nu. 7.

5. Bard. in Chronol. part. 4. Iustinian. annal. di Gen. lib. 5. sub ann. 1492. Fol. hist. Gen. lib. 11.

6. In Cerimonial. Brocardi relat. per Frideric. in sua epist. in apostill. nu. 149.

7. Testantur Paris de Grassis, cũ Collegis Magistris Cerimoniarum Sacelli Pontificũ in Chirograph. dat. Romæ 14. Decẽbr. 1525 insert. in sententia super ead. cõtrouers. lat. à Carolo V. Cæs. Granatæ 12 Aug. 1526 extan. in tabular. public. l. 4. Iur. Reip. fol. 139.

8. Sigon de regn. ital lib 10. Vorag. ead. part. 11. c 18. Caphar. & reliqui annal. nostr. script. sub ann. 1118.

9. Corio hist. di Mil. n. part. 2. Sigon. eod. lib. 18. Pansa in vit. Innoc. IV. & ibi etiam Platin. Caphar. sub ann. 1244. & ibi a u ann. nostr. script. alij.

10. Pansa vbi sup.

11. Sigon. eod. lib. 18. Baron. annal. tom. 12. sub ann. 1137. annales nostri, alij.

12. Acta eius Pont. apud Baron. eod. tom. 12. sub ann. 1162. alij.

13. Platin. in Vrbano VI. Antonin. Chronic. part. 3. tit. 22. c. 2. §. 12. alij

civiles gliscerent inter Nostros, [1] Gregorius XIII. Cardinalem Ioannem Moronum, Episcopum Ostiensem, Legatum expressum legauit, qui vna cum Cęsaris, & Catholici Regis Oratoribus pacem inter ciues conficeret. Tanti scilicet erat inter Christianos Genuensis Resp., vt operę pretium esse totius Christianæ Reip. capita atque columina Summi Pontifices existimârint, relictis curis alijs, ad conciliandam inter Nostros Pisanosque pacem incumbere, atque eapropter itinerum & discrimina subire & incommoda: tanti, vt a Sancta Sede expressi legarentur Legati: tanti, vt Reges adhiberentur, & in suscepto itinere detinerentur, eius gratia: tanti, vt eius Magistratus dignus habitus fuerit, qui socius esset Pontificis Maximi in pace tractanda: tanti vt eorum permissu, Gręcorum Cæsar egeret, vt veniret ad Conciliũ: tanti, vt Ferrariensibus alijsque Oratoribus ipsius Oratores pręferrentur. Non exprimunt hęc regiam dignitatem aperte. Quid poterant apertius, erga Reges profiteri Pontifices? Illi verò qui Cæsarũ arma, qui Imperatorũ iras, qui manus fugiebant, pares proculdubio viribus Genuenses defensores persecutoribus esse opinabantur, dũ ad eorũ opẽ confugiebant, potẽtius alioquin auxiliũ imploraturi. Atque hæc quidẽ Romani summiq; Pontifices, quibus similia Cæsares. Michael Palęologus Græcorũ Imperator in [2] fœdere icto cum Nostris, nõ modo ęquo iure agit cũ ijs, sed integras insuper vrbes, locaq; ac pręedia, innumerasq; immunitates ac priuilegia in suis ditionibus tũ Reip. tũ priuatis Ciuibus nostris impertitur, quorũ ope Imperiũ receperat, & est [3] professus, *se esse Patrem, Fratrem, purum & verum amicum Illustrium virorum Consulum, Victoriosissimi & Excelsi Communis Ianuæ.* Carolus autem V. Cæsar Legatos nostros Florentinis ac Ferrariensibus Oratoribus pręferendos, lata [4] sententia, declarauit, anno CIↃIↃXXVI. [5] Maximilianus II. in ciuilibus Nostrorum dissidijs, de quibus nuper, suos etiam expressos Oratores legauit. [6] Francorum Reges Christianissimi æque scribunt Duci nostro ac Veneto, *Magnifico & potenti viro Duci*

1. *In legib. nou. Reip. Gen. Thuan. hist. lib. 62.*

2. *Cuius tabulæ extant in tabular. public. in libr. Dispositio scripturarũ pag. 28.*

3. *In suis litt. extant. in eod. tabul. cellul. secũd.*

4. *Extan. in tabular. in lib. 4. Iur. Reip. fol. 139. & relat. ab eisd. apost. nu. 149.*

5. *Leges nouæ, & Thuan. vbi sup.*

6. *Aut. tract. del tit. Reg. di Sauoia c. 3.*

*Duci Ianuensium seu Venetorum*. Philippus, de quo paulo ante, intermittere iter suum in Gallias, & Cremonæ commorari vtile duxit, vt se in pacificationem belli, quod Nostri gerebant cum Venetis, interponeret. 'Ludouicus XII. Legatis nostris, præ Florentinis, primum honoris locum adiudicauit. 'Henricus III. expressum etiam Oratorem in relatis ciuilibus dissidijs ad Remp. misit. Nostris vero temporibus anno CIƆIƆCXXVIIII. Augustino Pallauicino Reip. ad Ludouicum XIII. Regem Legato Segusium appropinquanti, vbi tũ Rex habebat statiua, ad tertium lapidem occurrit iussu regio Marchio Leoncurtius Lugdunensis Præses, a quo exceptus, & Regis nomine salutatus, ac in diuersoriũ ductus ibi, Rege sumptus ministrante, commoratus est, donec ab eodem Leoncurtio e diuersorio ad Regem est deductus. Exceperunt Legatum nostrum milites regiæ custodiæ acie instructa, atque omnino cum eo, veluti cum Legato Regio est actum; Neque secius apud Catholicos Hispaniarum Reges excipiuntur Genuenses. Carolus (qui fuit dein Cæsar eius nominis V.) tum Rex Catholicus, anno CIƆIƆXVIII. Cæsaraugustę Ioannem Baptistam Lazaneam ac Tedisium Camillam Reip. nostræ Legatos in publica audientia 'caput operire iussit, quod in ea Aula solis Magnorum Principum Oratoribus fertur concedi. Philippus autem II. anno CIƆIƆLXXVI. 'legauit Oratorem expressum, qui cum Legatis Pontificis atque Cęsaris, conciliandis inter Nostros animis interueniret. Balduinus I. Rex Hierosolymæ, non obuiam solum Nostris 'Laodiceam vsque processit, & cum ijs æquo iure contraxit, sed prius Regni sceptrum accipere noluit; quam reciperent Nostri, se auxilio futuros, quos insuper deuictarum Ciuitatum parte, innumerisque immunitatibus ac priuilegijs 'donauit, Regnumque illud, quasi Nostrorum beneficium agnoscens, super altari sepulchri quo Christus Redemptor noster conditus fuit, insignem illam inscriptionem' statuit, *PRAEPOTENS GENVENSIVM PRAESIDIVM*. Narrant historię

1. *Foliet. vbi sup. lib. 12. sub ann. 1499.*
2. *Thuan. eod. lib. 61.*
3. *Ex lit. ipsor. legat. dat. Cæsaraug. sub. die 22. Aug. 1518. extan. in cod. tabul. in foliat. lit. d Princ.*
4. *Leges noua. & Thuan. eod. lib. 61.*
5. *Caphar annal. Gen. in princ. Foliet. hist. lib. 1.*
6. *Fulcher. Carnoten. in gest. Peregr. Frãc. c. 25. Incert. in gest. Franc. expugn. Hierosol. c. 41. Anonym. in hist. Hierosf. part. 2. Villerm. Tyr. hist. bell. sacr. lib. 10. c. 14. Sigon. de Reg. Ital. lib. 9. alij. script. rer. nostr. omnes, & extant tabulæ fæderis in tabular. Senat. in registr. cõm. de lit. gross.*
7. *Gherardacci hist. di Bologn. lib 2. Bizarr. Foliet. alij rerum nostr. script.*

¹historię anno CIƆCCLVIII. missos à Nostris ad Alexandrum IV. Pont. Max. fuisse Legatos, & conuenisse Oratores quoque Venetos, ac Pisanos in Romanam Curiam, ibiq; ipso Alexandro pacificatore, ab his potentissimis populis simultates esse depositas, quo Christiani, qui à Sarracenis affligebantur in Syria, illorum ope subleuarentur. Erat inter nostros Reip. Legatos Lucas Grimaldus, á cuius familiæ annalibus, seu ² stemmate traditur, obtinuisse tum Nostros, vt Hierosolymitani Reges regalibus insignijs non ornarentur, antequam per expressos Oratores *Potẽtissimis atque Inuictissimis Venetis ac Genuensibus* id nunciâssent, vt *illorum Legati ac maris Domini*, solennitati interessent, in qua, & in omnibus alijs actibus ęque haberentur, ac Regij. Nota est contentio, qua Nostri in regia Cypri ratione τῆς προεδρίας Venetis sese opposuerũt, de qua egimus ³ supra. Nota accepta à Nostris iniuria & clades, bellumq; ea de causa secutũ, & Regnũ in ditionem primum redactum, dein Petro Lusignano concessum. Hinc anno CIƆCCCCLVIII. Carolota eius Insulæ Regina, cum Regni susceptum iret insignia, iterumq; cum ea Ludouico viro traderet, vtraque vice Genuensibus⁴ primas detulit. At Barisso Rex Sardinię eiusque posteri, non modo in nostra Rep. dignitatem regiam agnouere, sed eius etiam Maiestatem suspexerunt, quemadmodum à nobis narratum est ⁵ supra. Venetam ego Remp. splendidissimum illud lumen Italiæ, à nemine eo loco non haberi censeo, quo Reges, illorumque grauissimorum Patrum, qui eam administrant, summam prudẽtiam ab omnibus probari autumo. Atqui prudentissimi illi viri in ⁶ fœdere cum Nostris icto, Gregorio IX. Pont. Max. conciliatore, anno CIƆCCXXXVIII. recipiunt, se nostrę Reip. insignia à sinistris, suę vero à dextris in puppibus suorum nauigiorum exposituros. Nostri autem contra, sua quidem à dextris, Veneta verò à sinistris collocaturos promittunt. Cum igitur Veneti Regibus dignitate non cedant; dum sibi æquales & socios Nostros agnoscunt, clarè & expressè illis regiam quoque dignitatem

1. Platin. in vit. ipsius Alex. reru. nostr. scriptor. omn. aly.

2. Extan. in tabul. Princ. Monaci.

3. C. 4.

4. Pãtaleo hist. equit. Hierosol. lib. 4. Ristrett. delle riuolut. di Cipr. impress. post tractat. del tit. Reg. di Sauoia pag. 72. Iustin. annal. di Gen. lib. 4. sub ann. 1372.

5. Cap. 4.

6. Antonin. in Chron. Blõd dec. 2. lib. 7. Platin. in Gregor. IX. Caphar. sub ann. 1238. & sub eod. Iust. lib. 3. Folict. lib. 3. aliu. & extant. ipsius tabulæ in tabul. publ. in cellul. 6. rer. Venet.

tatem

tatem ascribunt. Euidens apparet hæc æqualitas in alia pace, inter easdem Resp. facta anno CIϽCCIC. in cuius[1] tabulis cum initio scribatur, *Inter Communia Ciuitatum Venetiarum & Ianuę*; subditur proximè, nullo interiecto verbo, *& Ianuæ & Venetiarum*, ac in sequenti clausula Genuenses præponuntur hoc pacto, *Inter prędictos Ianuenses ex vna parte, & prędictos Venetos ex altera*. Quibus periodis manifesta fit cautela vtriusque,[2] quorum neuter dignitate altero videri volebat inferior. Sic in ijsdem tabulis Matthęus Vicecomes pacificator easdem Resp. ęque *Communia Clarissima* appellat.[3] In præfatione pacis alterius inter eosdem populos factæ, anno CIϽCCCLV. Matthæus, Bernabos & Galeatius fratres etiam Vicecomites conciliatores enunciant, *Excellentissimas ac Magnificas Ianuę & Venetiarum Vrbes*, qua verborum serie, & vt loquuntur iuris Interpretes, secundum ordinem literæ, Genuam Venetijs anteponunt, imo in eadem præfatione *Syndici & Procuratores Communis Ianuę* Venetis anteponuntur. Genuam quoque Venetijs in verborum serie præponit[4] Baldus, & Genuenses Venetis identidem Clemens V. Pont. Max. in suis[5] literis ad fratrem Fortanerium Patriarcham Gradensem,[6] ad Petrum II. Regem Aragonum, & ad[7] Bertrandum III. nostrum Archiepiscopum. Pius etiam II. Pont. Max. in sua de bello Cyprio narratione, Antoninus Florētinus Archiepiscopus in suo[8] Chronico,[9] Ioannes Cantacuzenus Eximperator in sua historia,[10] Angelus de Vbaldis in suis consilijs, & sæpius[11] Baptista Platina in vitis Summorum Pontificū, ac forsan[12] alij. Christophorus Landinus, in relatis suis formulis, primo Cæsarem, dein Reges, proximè nostram Remp. collocat, inde Venetam, ac deinceps Ducem Mediolani, & Principes alios: ex quibus manifestum fit Genuensem Remp. eodem loco habitam, quo Venetam. Regiam porro dignitatem[13] Iureconsulti nostrę Reip. attribuunt, dum aiunt illam in suis ditionibus superiorem non recognoscere, eaque posse om-

M 2 nia

1. *Extan. in eod. tabular. in lib. 1. Iur. de liter. gross. sul die 25. Mai 1299. pag. 217*
2. *Matt. Villan. Chronic. lib. 1. c. 89.*
3. *Relat. sup. c. prox. pag. 79. nu. 1.*
4. *In l. 1. C. de sen. ex breu. recit. nu. 5.*
5. *Dat. apud Villamnov. Auenion. Diœc. 10. Kal. Ap. ann. 10. relat. per VVadirg. annal. Fr. Min. tom. 4. sub ann. 1352.*
6. *Dat. Auen. 16. Kal. Ap. ann. 10. relat. vbi sup.*
7. *Dat. Auen. 14. kal. Ap. ann. 10. relat. vbi sup.*
8. *Part. 3. tit. 20. c. 8. §. 7.*
9. *Lib. 1. c. 12. in fin. & lib. 2. c. 12.*
10. *Cons. 29c. in Them.*
11. *In Alex. IV. in Greg. X. in Bonif. VIII. in Clem. VI. in Vrb. VI. alibi.*
12. *Volat. Geogr. l. 9. c. vlt. Matt. Villan. Chronic. l. 1. c. 89. l. 2. c. 74. l. 3. c. 54. & 67. l. 4. c. 32. Gio. Villan. Chronic. lib. 11. c. 68.*
13. *Laudati sup. in aditu pag. 9. nu. 5.*

nia & ſingula [1] quæ Imperator poteſt in Imperio; Quin eam dignitatem profitetur expreſſe [1] Baldus, cum Genuam Regiam Ciuitatem appellat; itemque Philippus Cluuerius, [2] qui eamdem verè Regiam vocat. Neque digniori titulo Romam ſuam ornat [3] Horatius, licet orbis dominam, vt iactabant.

*—————— mihi iam non regia Roma,*
*Sed vacuum Tibur placet, atque imbelle Tarentum.*

Sunt alij, [4] qui eamdem vrbem Ligurum Reginam nuncupent; alij, [5] qui eius Ciues, non Regij ſolum, ſed Imperialis eſſe animi aſſeuerent. Veruntamen inſtar omnium ſit D. Bernardi autoritas, Antiſtitis æque prudentis, ac Sancti, [6] qui cum Noſtros hortaretur ad arma pro Sede Apoſtolica contra Regem Siculum capeſſenda. *Quod ſi,* inquit, *militare placet, & veſtræ fortitudinis ac ſtrenuitatis iterum experiri vires, arma probare delectat, non equidem id præſumendum aduerſus vicinos & amicos, cum magis Eccleſiæ inimicos expugnare deceret, ſed & Regni veſtri inuaſam à Siculis defenſare coronam.* Quibus verbis Genuenſem Remp. ac ditionem Regnum eſſe teſtatur. Si velimus adhuc Summi alicuius Pontificis teſtimonium, Pius II. ad noſtrum Archiepiſcopum [7] ſcribens, Genuæ Principatum Regnum nominat. Neque dicendum in allatis autoritatibus late ſumenda vocabula Regni, atque Regiæ vrbis; quo modo quilibet Principatus Regnum dici poteſt, Ciuitas quælibet Regia; cum namque oſtenderimus, Regna eſſe Liguriam atque Corſicam, eaque iuſto titulo à Genuenſi Rep. obtineri, illamque adeo regia ornatam eſſe dignitate; cumque à verborum propria ſignificatione recedere [8] non liceat, niſi contrarius ſenſus manifeſtò deprehendatur, allatas autoritates, atque in illis vocabula Regni, & Regiæ vrbis, in non propriam latamque ſignificationem, vel malignitas ipſa detorquere non poteſt, quando non ſolum manifeſtò contrarius ſenſus non deprehenditur, ſed plane conſtat, titulos illos Genuæ, eiuſque ditioni iure deberi.

1. *Conſ. 452. lib. 3. in fin*
2. *Ital. antiq. lib. 1. c. 7.*
3. *Epiſt. lib. 1. epiſt. ad Mecœnatem.*
4. *Pius II. in Europ. c. 48. Hartman. Scheder. in regiſtr. mund. in Ital.*
5. *Io: Villan. hiſt. lib. 11. c. 24.*
6. *Epiſt. 129.*
7. *In epiſt. Reg. & Princ. pag. mihi 50. & extat epiſt. apud Iuſtinian. Annal. di Gen. lib. 5.*
8. *L. ſi is qui nauem. ff. de exercit. act. l. non aliter. ff. de legat. 3. Gregor. XV. deciſ. 522. nu. 3.*

DI-

## *DISCEPTATIONIS*
### *Conclusio.*

Liquet igitur ex allatis hactenus, perinde atque in Monarchia, ita in administratione plurium seruandam esse dignitatum & graduum distributionem, non solum, sed etiam reâpse, & consuetudine seruari. Statutum est inde, qui Reges olim, quid Regnum fuerit, ac sint nostris temporibus, quique regiam dignitatem tribuendi habeant facultatem. Hinc ad Genuensem Remp. oratione conuersa, demonstratum est, esse illam regia dignitate insignem, quod Regna obtinuerit dudum, Regnaq; legitimis titulis adhuc obtineat; quæ omnia ita fuisse comprobata censemus, vt haudquaquam vereamur, ne quisquam iure redarguat. Quæ sunt dicta deinceps de præclaris regijsque Genuensium gestis, de titulis, de agnitionibus exterorum, non omnibus fortasse videbuntur concludere, penes Remp. esse quasi possessionem regiæ dignitatis tis apud omnes exteros Principes. Fateor nonnullos de narratis actibus, quamuis probent exteris magni fuisse Rēp. regiam tamen illius non probare dignitatem expressè. Video redargui hanc dignitatem potius ab ijs, quæ gesta fuisse recensuimus, cum Legatis nostris, qui ad profitendum Sedi Apostolicæ obsequium missi ad Romanam Curiam, non in Aula regia, sed in Ducali fuerunt auditi. Atqui relatorum pars potior clarè dilucidèque dignitatem regiam aut profitentur aut confitentur. Gesta autem in Romana Curia nequaquam me terrent. Neque enim Genuenses omnium primi inter Principes, qui loco Regum obseruarentur, quorumque regia dignitas agnosceretur ab alijs, á Pōtificibus Max. prærogatiuis ac titulis regalibus non sunt ornati.[1] Regnauerant in Boemia iam complures, diademate regio insigniti, & in Christiana Rep. inter Reges connumerati ante Primislaum, qui nihilominus, á Romanis Pontificibus

1. Innoc. III. const. 6. licet ancetua.

cibus regium nomen obtinere non potuerant. Innocentius III. hunc Primislaum in suis literis Regem primo nominauit. Non tamen qui ante illum regnauerant in Boemia, regio aut nomine, aut dignitate, sibi á Cęsare attributis, apud alios Principes caruêre. Sed hæc accipiantur vt lubet; non ideo sumus in triuio. Regiam dignitatem non protulerint ante hac Genuenses: Exteri non agnouerint. Cum Regna duo illorum Resp. (assumimus, quod negari potest à nemine) legitimis titulis obtineat, nullius vectigalis, potuêre, veluti iure & exemplis [1] demonstrauimus, etiamsi nunc primum istud moliantur, suarum ditionum titulos proferre, & profiteri dignitatem, vel si etiam contendas augere. Frugi bonumque virum ac prudentem, aiebat [2] Isocrates, oportere anteactorum meminisse, præsentia agere, de futuris cauere. Sunt Genuenses prudentes in administratione Reip. dum eorum memores, quę pręclarè gloriosèque á Maioribus sunt gesta, laudabilem illorum modestiam, in negligendis titulis atque honoribus, ideo non imitantur, quod in pręsentiarum de Maiestate Reip. videatur detractura, cum nostro hoc seculo explicentur tituli, & ostententur dignitates, ne dum alij suam prouehunt, nostra videatur decrescere. Quare Maiorum merita perpendentes, ditionemque ac potentiam suę Reip., agunt, quod est ex illius dignitate, vt futuris temporibus prospiciant. Cum itaque non iustè solum, sed prudenter etiam, Regiam dignitatem Genuenses protulerint, æquum est, vt à Principibus reliquis agnoscatur. Iustitiæ siquidem est, [3] suum cuique tribuere, & inter Iuris pręcepta est illud quoque Phocylidis:

Πᾶσι δίκαια νέμειν.

Ideoque respondit [4] Vlpianus, non oportere cuiquam hominum de iure suo detrahere; atque inde concludebat [5] seruus ille Plautinus,

*Impetrassere oportet, quia iustum postulas;*

illud innuens, quod vulgato axiomate fertur inter Iurecon-

sultos,

1. Sup. c. 8.

2. Apud Stobæum. ecl. 1.

3. Inst. de Iust. & Iur. in princ. & §. Iuris præcepta eod. l. Iustitia. §. Iuris præcepta. ff. de orig. Iur. cum simil.

4. L. 2. ff. de his qui sunt sui.

5. In Stich. act. 5. scen. 4.

sultos, *Assensum iusta petenti non esse denegandum*. Quandoquidem igitur iure regia dignitas penes Genuensem Rēp. est, illique regiæ prærogatiuę iure debentur, qui illas recusaret agnoscere, Iuris Iustitięque pręcepta proculdubio violaret. Suecorum, Noruegorumque ac Danorum, & Scotorum Regna, atque aliorum,[1] quos retulimus regiam suapte autoritate sumpsisse dignitatem, quis vnquam in controuersiam adduxit? Quis vnquam eorum Principibus, regios titulos, pręrogatiuas regias denegauit? Illorum tamen nullum, aut iuste magis, aut magis legitime quam Liguria & Corsica, eo nomine est auctum. Habent duę istæ[2] Prouinciæ eum Ciuitatum numerum, quem seuerior exigit Iureconsultorum sententia. Habet[3] Resp. autoritatem illius nominis tribuendi; Ecquis iure impugnare poterit, quod est optimo iure perfectum? Sunt Romani Pontifices, atque Cæsares totius Christianę Reip. columina, quorum iudicia Principes reliqui & approbare solent, & imitari. Inuestigemus, si placet, e nonnullis exemplis causas, cur soleant illi aut nuncupare Reges, aut agnoscere suapte autoritate constitutos, aut institutos ab alijs. [4] Rogerius itaque Siciliæ Comes, Calabria & Apulia occupatis, non Apuliæ se Ducem amplius & Siciliæ Comitem appellari passus est; sed quas obtinebat prouincias Regnum nuncupandas, seque Regem dicendum censuit. A suis ergo cum Italiæ, tum Sicilię Rex salutatus, Panormi regalia accepit insignia, licet Romani Pontifices Honorius II. & qui eum excepit Innocentius etiam II. repugnarent. Inuasit Anacletus in Apostolicam sedem tanquam lupus in gregem, titulumque ac dignitatem vsurpatam Rogerio confirmauit. Diu fuerat Rogerius hostis Ecclesiæ: Innocentium II. habuerat in vinculis: fauerat Antipapæ aduersus legitimum verumque Pōtificem: Alienum Principatum per vim occupauerat: Nouam in alienas ditiones dignitatem inuexerat: Nouum titulum arrogauerat sibi: eius confirmationem à Tyranno, ab Antipapa impetrauerat: cuncta cædibus & rapinis impleuerat:

1. Sup. c. 2.

2. Sup. c. 6. & 7

3. Sup. c. 8.

4. Platin. in Innoc. II. Fazell. de reb. Sicul. dec. post. lib. 7. Pign. hist. della cas. d'Este lib. 8.

pleuerat. Summi Pontifices acerrime conatus eius omnes impugnauerant; veruntamen vt ad debitum Apostolicæ sedis obsequium redijt, vt pœnitere se admissorum est fassus Rogerius, Cœlestinus II. seu, vt malunt alij, Lucius item II. licet vanum Italici Regni titulum dempserit, occupatas tamen ditiones illi permisit, eumque Regem vtriusque Siciliæ agnouit: quod Regni, ac dignitatis nomen ad nostra tempora per prolixam Regum seriem peruênit. Primislaus ille, de quo egimus modo, primum ab Innocentio III. Regis nomen obtinuit,[1] quod relicto Philippo Sueuiæ Duce, in partes Othonis Cæsaris transijsset.[2] Mindacus Lituanorum Dux ab Innocentio IV. non ideo Rex est dictus, quod suæ ditionis fines ampliâsset, cuius parte non exigua á militibus Crucigeris nuper fuerat spoliatus, sed quod Christianam religionem esset amplexus. Otho III. Cæsar[3] Boleslaum Polonorum Principem ideo regia auxit dignitate, quod ille se magnificè ac liberaliter accepisset hospitio ac donâsset.[4] Vratislaum Boemorum Principem ideo Regem fecit Henricus IV. quod ille Boemos, Morauos, Slesitas, ac Lusacios haberet in ditione, à quibus periculum maius, quam ab alijs immineret, quoniam Germanis populi illi permixti, Germaniam ipsam incolerent, cuius pacem cupiens Otho maius operæpretium esse putauit, beneficio sibi Boemiæ Principes deuincire, quam imperio obligare. Sed cum regium titulum amisisset Boemia, rursus[5] Fridericus Ænobarbus Vratislaum IV. ea dignitate donauit, quod sibi affinis & amicus, inter primos Electores autor extitisset, vt ipse Fridericus ad Imperij culmen proueheretur. Sic igitur cum ad Apostolicę sedis obsequium reuersus est Rogerius, vsurpati tituli confirmationem obtinuit. Primislaus, quod in Cæsaris partes transijsset, Rex primùm est appellatus. Mindacus quod Christianam pietatem esset amplexus. Boleslaus quod hospes fuerit magnificus & liberalis. Vratislaus primus ob potentiam. Quartus ob affinitatem & amicitiam. Conuertamus iam nos ad Genuensem Remp.

1. Innoc. III. ead. const. 6.
2. Cromer. de reb. Polon. lib. 9.
3. Ibid. lib. 3.
4. Io. Olomuc. hist. Boiem. lib. 9.
5. Ibid. lib. 12.

Quem-

Quamquam igitur ad Apostolicę sedis obsequium illa reuerti non possit, cum ab eo nunquam recesserit, hoc tamen nomine debet esse gratior, chariorque, quod innocens culpa, de successoribus Petri benemereri nunquam cessauerit, nisi innocentiæ pœnitentia præferatur. Legitimos pariter Cæsares eo semper loco habuerunt Nostri, quo Christianæ Reip. Principes reliqui, neque ab ijs dissenserunt vnquam, nisi quando aut charitas in patriam, aut studium libertatis, aut erga sedem Apostolicam pietas, potiora singula quam Cæsares, id exegerunt. Christianam Catholicamque religionem ab Apostolorum temporibus edocta Liguria, nunquam deseruit, semperque piè ac syncerè Christum coluit Seruatorem. Nimius essem, si vellem singula recensere in Summos Pontifices, in Cęsares, in vniuersam Christianam Remp. à Nostris magnificè liberaliterque collata beneficia. Pleni sunt annales nostri, plenæ exterorum historiæ descriptionibus Classium instructarum à Nostris, expeditionum susceptarum, pro Pontificum, pro Cęsarum, pro Christiani nominis tutela. Resplendet Genuensium pietas, & gloria sexcentis propemodum naumachijs, prælijs, victorijs, trophęis, de inimicis Crucis Christi, veluti testantur Summi Pontifices [1] Innocentius II. & [2] Alexander III. relatis. De potentia nostræ Reip., de virtute Ligurum, de situs opportunitate, quam sit commoda toti Italiæ, eiusq; adeo propugnaculum & Ianua Metropolis Genua, egimus [3] alibi, neque cedere illam Boemiæ hac etiam in parte sanæ mentis quisquam censebit. Affines Resp. non habet: Amica certe est illa Romano Germanicis Cæsaribus, quos ingenti auri vi sępius aduersus Imperij hostes adiûuit. Non igitur secius, quam illis, quos retulimus, Regibus gratificari Genuensi Reip. parest. Atqui plura considerauit Pius V. Pont. Max. cum Ducem Reip. Florentinę Cosmum, Magnum Etruriæ Ducem constituit. Nusquam disertius expressas, aut examinatas accuratius causas reperies, cur Pontifices augeant Principum dignitates; Ac tametsi de

1. *In liter. erect. Episc. Gen. in Archiep. extan. in tabular. pub. in lib. Iur. Reip. pag. 39. & in cellul. 3. ipsum diploma.*

2. *In confirmat. eiusd. erect. extan. in eod tabul. in lib. Disposit. scriptur. pag. 67.*

3. *Lib. 2. c. 2. & 7. de Dom. Gen. Reip in Mar. Ligust.*

Regia non egerit Pius, cum nihilominus ea, quę recenset, in causa fuerint, cur non vetus modo agnosceretur dignitas, sed augeretur etiam, eorum enumeratione supersedere non debemus, ita tamen vt summatim & breuiter percurramus. [1] Perpendit igitur primo Pontifex, Cosmi ipsius dotes eximias, egregiaque facinora, & erga Apostolicam sedem officia; tum potentiam, amplitudinemque ditionis ac diuitias; hinc nobilitatem regionis, in qua haberet ille nullis reddendis rationibus obnoxium principatum; demumque affinitates ac necessitudinem cum Cęsare ac Regibus Christianis; atque vno verbo, que singula Rogerio, Primislao, Mindaco, Boleslao, & duobus Vratislais profuerant, quo Regiam dignitatem adipiscerentur, ea omnia iuncta simul, atque etiam amplius, in Cosmo videtur Pontifex requisiisse, si reconciliationem cum Ecclesia, & ad Christianam religionem transitum excipias, quæ frustra à Cosmo fuissent exacta, cum ab illa nunquam dissensisset, hanc fuisset semper catholice professus. Quæ omnia prudentissimus sanctissimusque Pontifex ideo ita sedulo diligenterque examinat ac recenset, vt ostendat, se non potuisse iustæ Cosmi petitioni non assentiri. [2] Intercedebat enim Maximilianus II. Cęsar, qui omnem lapidem mouit, nihilque non egit, vt Pium ab hoc proposito deterreret. Veruntamen cognita postea ipse quoque causę Iustitia, & acquieuit, & tributam á Pontifice dignitatem agnouit. Autoritate igitur tanti Pontificis iunctę illę causę sufficiunt, vt Principum dignitas, nedum agnoscatur, sed etiam augeatur, pro ipsarum causarum ratione.

Genuensium dignitas seuerè examinetur hac trutina, & quo illorum Remp. promouebunt, quę perpendit Pius, eo dignitatis gradu collocetur. Eximias igitur Genuensium dotes, egregiaque facinora præit nobilitas, hoc est, [3] ἐντιμότης προγόνων, claritas Maiorum, quæ eo est clarior, [4] quo eorum origo ita tenebris antiquitatis inuoluitur, vt prorsus ignoretur. Sequuntur inde fortia & pręclara eorumdem [5] gesta,

in

1. *Ipsius Pij const. 88. Romanus Pontifex.*

2. *Thuan. hist. lib. 46. Io: Ant. Gabut. de vit. Pij V. l. 3. c. vltim.*

3. *Arist. Rhet. 1. c. 15.*

4. *Dionys. Halyc. antiq. Rom. lib. 1.*

5. *Relat. à nobis eod. lib. 2. c. 2. & 3.*

in tuenda libertate, vel aduersus ipsum Herculem, aduersus Sicanos, aduersus Phocæenses, aduersus Romanos, quibus, etiam subacti, nihilominus dedêre Imperatorē [1] P. Heluiū, Pertinacem, in Villa Martis prope Vada Sabatia natum, quem ob prudentissimè fortissimèque anteactam vitam domi militiæque, Senatus Populus, & Milites tanti fecerunt, vt primum omnium, ea ipsa die, qua Augustum appellârunt, Patris Patriæ nomine etiā salutârint; & licet breui imperauerit tempore, post mortem tamen & inter Deos est relatus, dato ei flamine ipsius filio, & Seuerus, qui imperauit postea, amore boni Principis, a Senatu Pertinacis nomen accepit. Veruntamen

*1. Iul. Capitolin. in Pertinace. Herodian. hist. lib. 2. Foliet. in elog. Claror. Ligurum in AEl. Pertinac.*

Ἐγὼ μὲν οὔποτ' εὐγένειαν ᾔνεσα
τὴν προστάτευσαν χρημάτων ἀναξίοις.

*Laudata nunquam est gentis à me claritas,*
*Sortita quæ indignos heros sit postmodum.*

Nāq; Veterū Ligurū sunt Genuenses dignissima soboles, qui tū in vindicāda libertate, in Christiana Rep. iuuanda in Apostolica sede defendēda, in Reip. imperio propagando, vigilantes, fortes, officiosi, strenui, magnanimi sēper extiterunt. At seruata, quam mihi proposui breuitate, Ciuium meorū virtutē & constantiā, in tuenda aduersus incursiones Sarracenorum, Germanorum irruptiones, Gallorum impetus, Mediolanensium conatus, libertate quî prosequar? Quî in deijciendis exterorum præsidijs, solo æquandis arcibus, iugo excutiendo audaciam & fortitudinem? Quî illata confectaque contra Sarracenos bella in Syria, in Corsica, in Sardinia, in Hispanijs, in Balearibus, in Africa? Quî ornatas classes, susceptas expeditiones, vindicatas Christianæ Reip. prouincias? Quî seruatos defensosque Pontifices, & in sedem restitutos? Quî in ditionem redactas vrbes? Quî deductas in Corsicam, in Græciam, in Thraciam, in ipsam Scythiam colonias, Bonifacium, Chium, Galatam, Theodosiam aliasque ad propagationem Genuensis imperij, ad Christianæ Reip. præsidium? Quî nobilissimas victorias sæpe

de inimicis relatas? Quî de Christiani nominis hostibus Sarracenis ductos triumphos? Quî duces fortissimos prudẽtissimosque ac prçclaris victorijs insignes, quorum chiliadem gentes Auria, Spinula, Campofulgosia, Axereta, Cybo, Maria, Grimalda, Nigra, aliçque permultç Patriæ meæ pepererunt? Cur prçteream Nauticam gloriam, qua cęteras omnes gentes, siue Naumachiam respicias, siue susceptas peregre nauigationes, [1] grauissimorum virorum censura, superauimus? Nautarum Princeps, Oceani domitor ille Columbus, Christophorus inquam, vnus par est Ligurię nostræ in hoc genere illustrandæ. Sed multo ante ipsum tempore Tedisius Auria, & Vgolinus Viualdus nautica audacia immensum illud pelagus, & vastissimos Oceani campos ingressi, Genuensium in maritimis peritiæ specimen dederant, quam Nauarchi nostri prçclarissimi, atque triremium Gubernatores egregij, quorum penus & horreum est Liguria, transmittunt ad posteros. Quid taceam diuinarum humanarumque literarum peritissimos Anteignanos, qui tum voce tum scripto de Rep. literaria domi forisque sunt optime meriti? Quid innumeros opulentissimos Ciues omittam, adeptos olim ditiones amplissimas, in Italia, in Sicilia, in Hispanijs, in Africa, in Syria, in Græcia? Quid sexcentos Dynastas, qui aut Cçsaris, aut Galliarum, aut Hispaniarum Regis, aut Othomani Monarchç vectigales obtinent adhuc principatus? Quid sacrorum Antistitum, quid Romani sacrique Senatus purpuratorum Patrum integram ferme myriadem? Magnę nimis molis esset singula persequi, delibare pauca non decet, ne iniuriosi in prçteritos videamur. Nota sunt hæc omnia, & à rerum nostrarum scriptoribus, & ab historicis exteris celebrata. Mihi nobile satis Genuensium ac Ligurum nomen reddidisse videntur Innocentius IV. & Hadrianus V. e nobilissima Flisca familia: Nicolaus V. splendidissimis virtutibus illustrior, quam natalibus: Sixtus IV. ex antiquissima familia Roboreia: Innocentius VIII. e principali familia Cybo: Iulius II.

*1. Frideric. AEnobarb. Cæs. in priuileg. concess. nostr. extā. in registr. cōm. de lit. grossa. Henricus VI. Cæs. in priuil. simil. extan. ibid. Frideric. II. in priuil. simili extan. ibid. Paul. Iou. hist. lib. 12. Ph. Callimach. Orat. Reg. Polon. in orat. ad Innoc. VIII. de bello Turcis infer. Zachar. Lilius in breuiar. orb. Georg. Bruin. in Theatr. vrb. Petr. Bizarr. de bell. aduers. Frider. II.*

Sixti

Sixti IV. nepos, Pontifices omnes vere maximi, quos e Liguribus Diuinum Numen ad Apostolicę sedis gubernacula euocauit. Vrbanus etiam VII. licet Romę natus, patrem habuit Ciuem nostrum è nobili familia Castanea. Nobilissimum autem mea quidem sententia reddunt, Valentinus, Felix, Syrus, Romulus Vrbis nostrę Metropolis olim Episcopi, & Desiderius, qui à Lingonibus Gallis, Diuini Numinis iussu, inter Ligures quæsitus est, & ad Pontificatum traductus à ltiua: qui omnes, post administrata Sacra, ob insignem morum probitatem, atque eximias virtutes & pietatem, inter Cęlites ac diuos referri meruerunt. Quis iam apprime nobilem neget esse Genuensium ac Ligurum gentem, quæ militię, tam terrestris, quam maritimæ, Duces illustres, in mari Nauarchos insignes, in literis viros peritissimos, in dignitatibus Dynastas, Antistites, sacrique Senatus purpuratos Patres, & Pontifices Max. in vitæ probitate ac sanctimonia Diuos progenuit? De potentia autem nostrę Reip. satis superque egimus [2] supra, dum bella cum Cæsaribus, cum Regibus, cum potentissimis alijs Rebusp. & Principibus gesta recensuimus, quibus potentiam, regali saltem ęqualem, Genuenses ostenderunt. Imperij atque ditionis amplitudinem explicuimus, [3] cum Liguriam & Corsicam duo esse Regna demonstrauimus, quibus si addas, quod est penes nostram Remp. Dominium in Mari Ligustico, duobus Regnis esse maius ipsius Imperium non dubitabis. Ligurię nobilitatem, quâ regionis ipsius opportunitatem, opulentiam, situm tangit, [4] alibi sumus prosecuti; Quâ autem Incolas respicit, modo cum de Ligurum nobilitate disseruimus; Nullis autem reddendis rationibus obnoxiam esse Genuensem Remp. initio huius disceptationis, communi scriptorum sententia, confirmauimus, & reâpse discernitur, cum adhuc imperet, nullius exteri suspiciens maiestatem. Quod ad affinitates & necessitudines attinet, in Remp. ipsam, veluti modo dicebamus, non cadunt, nisi eas considerare velimus, quas Ciues, qui con-

iunctim

1. *Baron. annal. tom. 6. sub ann. 451. Fr. Iac. de Voragin. in Chronic. Ianu. M. S. part. XI. Fouet. vbi sup. in singulorũ e.oz.*

2. *Cap. 9.*

3. *Cc. 6. & 7.*

4. *Eod. lib. 2. cc. 2. & 7. de Domi. mar.*

iunctim Remp. repræsentant, coniunxêre cum aliquo. Quod si Resp., persona nempe illa intellectualis, liberos suscipere potuisset, proculdubio Reges & Cęsares non minus eius affinitatem ambiuissent, quam [1] priuatos Ciues nostros ad suam admiserint. Ioannes nempe Palęologus, & Emanuel Caloioannis filius, Græcorum ambo Cęsares, ille sororem Francisco Gattilusio, hic filiam Hilario Auriæ Ciuibus nostris in matrimonium collocauit. Benedictus Zacharias, & ex eadem gente alij, aut Græcorum Cęsarum sorores duxerunt, aut suas illis concesserunt in vxores. Francisci Gattilusij, de quo modo egimus, filia Alexandro Trapezuntio Cęsari nupsit. Argentinam Spinulam vxorem habuit Marchio Montisferacis, Andronici Græcorum Cęsaris filius Theodorus, multique Dynastæ ac Reguli tum in Italia, tum in Gręcia, Ciuium nostrarum nuptias ambiuêre, veluti Comes Sabaudię Thomas, Marchio Estensis Opitius sextus, Princeps Peloponnesi Demetrius, alijque, vt affinitates etiam desiderare non possis. Quando igitur in Genuensi Rep. ea omnia sunt iuncta, quę singula & separata satis fuerunt, vt Principum dignitas & agnosceretur & augeretur, vel Pontificum Maximorum & Cęsarum iudicio, ęquum est etiam, vt eiusdem Reip. dignitas, Regia videlicet, agnoscatur.

*1. Quos recensit Frideric. in apostill. ad suam epist. num. 72. & 138. Matt. Villani Chronic. lib. 4. c. 46. & lib. 7. c. 71.*



F I N I S.







| Errata. | | | Corrige. |
|---|---|---|---|
| *Pag.* 8. | *lin.* 24. | *Rep.* | *Resp.* |
| 19. | 31. | ἀνεντυδῆναι. | ἀνεντυθῆναι. |
| 24. | 28. | *comprobâuint:* | *comprobârunt.* |
| 26. | 3. | *Dæsaris.* | *Cæsaris.* |
| 51. | 22. | *subam.* | *superbam.* |
| 55. | 29. | *iuxto.* | *iusto.* |
| 76. | *in fin.* | *victoribus Erat.* | *victoribus. Erat* |
| 93. | 15.16. | *dignitatis tis apud.* | *dignitatis apud.* |




GENVAE,

Excudebat Ioannes Maria Farronus.

CIƆIƆCXLVI.

*Superiorum permissu.*

